

LIBER QUINTVS.

Robiscum gladios extuleritis, si pugionem occultum
ratas feras, facis, robiscum esse esse
delectus habes



Missimorum hor-

satellites, et admi-

struuntur.

Agueet.

redo relictam, quem agnus eromemur, citet, quod im-
nominus, que relictam, quem agnus eromemur, citet, quod im-
m perficiatis: quod ignotus vos. Puer iste fiet, que
ndum imperem: quem, ubicunque locorum ille la-
atebris vos extrahendum occultissimis, atque adeo



Del. H. ...
Ch. ...
...



I O A N N I S
S E C V N D I H A G I E N S I S

POETAE ELEGANTISSIMI

opera, nunc secundum in
lucem edita:

Quorum Catalogum proxima
facies enumerabit.




Dangla

PARISIIS,

Apud Andream Wechelum,
Pegaso, in vico Bellouaco.

1561.

De Ioan de la nueva, 1580.



PROLOGVS

LIBRORVM.

- Elegiarum libri tres.
Funerum liber vnus.
Epigrammatum liber vnus.
Basiorum liber vnus.
Epistolarum libri duo.
Odarum liber vnus.
Syluarum liber vnus.



CLARISSIMIS

VIRIS NICOLAO

GRVDIO, ET ADRIA-

no Mario fratribus G. Cripus

I. C. S. D.

DŌtici studij amore
ita ab ineunte aetate
semper flagraui, vt si
fortunarū mearū
ratio, & parentum
voluntas ita tulissent, non inui-
tus totam aetatem in eo cōsumptu-
rus viderer: longissimè enim sem-
per ab ea opinione abfui, quā nunc
inucterasse, & omnium mentibus

A 4

infectis animaduerto, omnia humanitatis, & præsertim Poëſios, studia præter nudam quandam, & inanem oblectationē nihil fructus communi vitæ adferre. Quæ sanè indigna criminatio à Strabone cōtra Eratoſthenem, qui huius impudentis calumniæ aſſertor fuiſſe uiderur, aliſſque nonnullis pulchrè confutata eſt: ita vt eam à me refelli nunc nihil neceſſe ſit. Me profectò multæ rationes, vt in hoc studio diutius perſiſterē, vehementer inflammârunt: præſertim quum natura ad id non planè inepta natum me iudicaret. Sed P. M. chariſſimus pater meus perſpicacis ingenij vir, & multo vſu peritus quū videret ſe eas facultates mihi relinquere non poſſe, quibus in hac omnium rerum caritate familiam dignè ſuſtinere, & vitam commodè ueri poſſem, ſuaſit vt hoc minimè

quaſtuoso studio (ſic ille vocabat) relicto, ad earū artium cognitionē animum adiungerem, quibus fortunæ meas moderatè amplificare, & ad honorum etiam adeptionem aditum mihi parare poſſem. Quod quidem patris conſilium quanquā ab initio minùs gratum eſſet, euentu tamen ipſo, & vſu apprimè vtile eſſe deprehendi: inde enim factum eſt, vt huic studio, in quo nonnulla exercitatione aliquantū mihi profeciſſe videbar, duarum principū artium cognitionem aliquam adiungerem (Philosophiæ dico & Iuris ſcientiæ) quas artes ideo coniungere viſum eſt, quòd illa veluti parens huius, hæc illius propago quædam ſit illa verò quæ humanitatis studia appellantur, vtriuſque pedifſe quæ & adminiſtræ: qui hiſce ſalutatis imperu quodam in princi-

pum ipsarum cubile irrumpunt, nō est quod sperent operæ precium aliquid ab illis se relaturos. Dicit nō potest quantum studia hæc humaniora, quæ leuia plerisque videntur, ad maiorum disciplinarum veram cognitionem momenti adferant. Sed hæc nunc, vt inutilia contemnantur: vt sunt qui in tota hac vita nihil aliud quam quæstum, & emolumentū præ oculis habent: hinc fit vt leguleos in foro & rabulas infinitos habeamus, verè Juris peritū vix vnū & alterū. Juris prudentiæ sanè tanta cū Philosophiâ cognatio est, vt sine huius ope probè illa intelligi, & cōprehēdi non possit. Quæ cognatio atq; societas duarū præstantissimarū artiū inter se, atq; vtriusque cum humanioribus literis affinitas qua diligentia à veteribus Iuriconsultis culta sit, ex respon-

spōis illorū intelligi potest. Quid quod Modestinum tanti nominis I. C. non puduit in Virgilij Aenida argumenta sicut *περίοχες* conscribere: tantum abest vt elegantissima hæc studia contēneret. Quod magis mirari soleo ineptissimorū quorūdā hominū impudētiam, qui Juris æquè atque harum artium imperiti indignè ferunt, si quis liberaliùs institutus, tempus quod scortationibus ipsi, & potationibus, aut (si Diis placet) auaritiæ & quæstui impendunt, in honestissimis literarū studiis collocet. Sed quid hæc ad vos qui multā sēper operā in his studiis posuistis, & cum tanta laude versati estis, vt non immeritò cum fratre vestro Ioanne in præstantissimorum huius ætatis Poëtarum numerum à Lilio Gyraldo relati sitis: in Iuris autem scientia ita excelli-

tis, vt veluti autoramentum singularis vestræ in ea peritiæ prudentissimus Imperator Carolus Quintus alteri Geldriæ vix bene pacatæ Cancellariatû (vt vocant) vltro obtulerit, alteri grauissima quæque munera commiserit. Sed non institui singulatim laudes vestras hîc persequi, nunc ad institutum. Sequutus igitur (vt par erat) patris consilium, seu imperium inuaultis, relicta Poësi, in boni & æqui studio elaborare cœpi: in quo maximè præclarissimæ huius poëticæ facultatis suauitatem summam, & vim quandam occultam deprehendi. Ita enim mihi temperare non potui, quin crebrò ad deserta studia recurrerem, & artem, quam puer adamare cœperam, excolerem etiam nonnihil, & exercebam. Ita quicquid à grauiori

uoribus studiis ocij superest, totum in hisce amœnioribus libenter ponere soleo. Sed quorsum hæc? vt, si quod in hac re iudiciû postea mihi sumam, non temerè illud fecisse videar. Quî nuper relicto fóro in Galliã me contulisset, attuleram, vt itineris tædium fallerem, Ioannis Secundi fratris vestri, mei ciuis doctissima, & suauissima poemata: quibus à puero ita semper affici soleo, vt quotiescunque per grauiora studia liceret, librum illum de manibus nunquam deponerem. Ea enim in toto opere elegantia est, ea argutia & facilitas, vt cum quouis illû veterû penè conferre ausim. Nam vt sermonis fortassè puritate ab iis vincatur, argutia & lepore carminis omnes aut æquauit, aut (vt verè eundè loquar) proximè accessit: inter nostra sanè

PRÆFATIO.

seculi Poëtas, qui multi vbiq̄, & docti fuerunt, tam celebre sibi nomen peperit, vt principem penè locū mihi obtinuisse videatur. Protulit hac ætate Batavia nostra inter innumera alia duo excellentissima ingenia, quorum alter, Erasmmum dico, si vni studiorum generi addicere se voluisset, quin magnus in eo, & admirandus euadere potuisset, nemo nisi planè ei iniquè negauerit, sed præstantis ingenij virtutē arctis se finibus cōtinere non potuit, quare per omnia disciplinarū genera peruagatus sic in iis versatus est, vt si non primas in omnibus obtinuerit, in secundis tamen, & tertiis semper constitit, ita vt à summo non longè abfuerit. Equidem non ignoro esse interdum quod in eo desiderari possit, quod mirum quiquam videri non debet, qui
 quanta

PRÆFATIO.

quanta difficultate singulæ artes percipiantur expertus sit, nedum vt in multis quis excellat, & omnium cognitionē assequatur: quod Erasmo facere necessum fuit. Nam cum barbariem ex ea possessione, quam nullo iure inuaserat, deiiciendam suscepisset, vt in auitā possessionem, ex qua deiectē erant, literas restitueret, per omnes eū artium fines ferri oportuit: omnia enim barbaries occupauerat, & quasi rubigo quædā fœdauerat, & infecerat. Restituit igitur illas, sed squallidas adhuc, & longo exilio atque captiuitate ita deformes, vt vestigia adhuc veteris calamitatis appaterent. Hæc qui postea detulerunt, sunt illi me hercule de re literaria bene meriti, sed potissima laudis pars apud eum residere debet, qui in tanta rerum omnium

caligine singulari quadam Dei benignitate genitus vt suo ductu in antiquam possessionem & amplitudinem literas restitueret, fundamento primùm iecit, & viam strauit. Cuius laudibus vt aliquando detrahare desistant homines ingrati velim, & agnoscat quòd & prior illis fuerit, & eos ipsos magna ex parte tam magnos effecerit: is enim facem prætulit, & classicum cecinit. Sed Erasmi non idcirco mentionem feci, vt eius præclarissimas laudes tam angusto loco pertractarem; extorsit quorùdam sciolorum improbitas, vt longiorem in hac re oratione posuerim. Nunc ad alterum veniamus. Is Ioannes Secundus est, frater vester: cuius in carmine (in quo potissimum se exercuit) rarus est lepos & elegãtia, eavrbantitas & argutia, vt, quæadmodum dixi,

cum

cum veteribus etiam certate possit. Recentiores certè omnes logo post se interuallo reliquit. Sed vereor ne abundantia quadam magis amoris, quàm iudicio id à me dictum plarique existiment: est enim patria mihi frater vester, & studiorum quadam similitudine coniunctus: nam ipse in Iuris studio cum laude versatus est, & nos à Poësi nunquam alieni fuimus. Equidè grauitè, inquam, pertimescerè, nisi planè perspectum haberem, qui in hac re nõ vltro & libèter mihi assentiatur doctorum esse neminem. Nam vt doctissimos viros. T. Bæzam, L. Gyraldum, & P. Nannium omittam, quorum de fratre vestro iudicium operibus eius præfigi curauimus, multum me in ea opinione confirmauit, quod Ioannè Auratum, Petrum Ronsardum, Franciscum Tho-

rium, & Carolum Vtenhouium. C. filium idem sentire cognouissem: quorum iudicio quantum in hac re tribuendum sit, tum cognoscetis, si, quod breui futurum spero; præter ea quæ iam pridem edita sunt, sua aliquando in lucem emittant, quæ duam manū (vt ille dicere solebat) à tabula tollere nesciūt, domi summa cura ab iis limātur, & expoliūtur. Verūm vnde digressus sum reuertor. Præclara sanè res est, & longè quàm plerique opinantur difficilior, in hac præstârissima arte excellere. Nō enim afflatu aliquo diuino (vt Plato putabat) Poëtæ sūt: nec quod fonte Caballino temulēti in bicipiti Parnassō somniantur: Nō in Lybethra, aut Helicone Musæ habitant, sed in doctissimorum Poëtarum scriptis. Hic Parnassus, hinc Helicon, in his non vt somniet,

sed

sed vt vigilet oportet, qui operę precium aliquod in hac arte facere velit. Hi perpetuò in manibus habendi sunt, & vt cum fructu imitemur assiduè, & diligenter legendi: Nec carminis tantum ratio, sed phrasis etiam habēda: ordo, & totius operis dispositio: sententiæ lepos, siquid prisce aut noue, si quid argute, aut eleganter dictum est: denique nihil tam minutum omittere, quod non sedulo inspiciatur: nec solum obseruando, aut annotando, sed assiduè meditando, scribendo, & exercendo in hoc elaborare, vt quos nobis imitādos proposuerimus totos exprimamus, & illorū laudem, & gloriam, quantum fieri possit, æquare contendamus. His vestigiis frater vester ingressus ad illam quam assequutus est gloriam contendit: his vos vestigiis insequuti quid in hac

PRÆFATIO.

arte possitis specimen aliquādo dedistis. Sed Respub. quæ vestra ope indigebat in his studiis vos confiteri passâ nō est. Cæterum præter hanc verborum & rerum imitationem, alia quædam longè difficilior est, morū & affectuum imitatio, in qua sola tota Poësis consistit & cōtinetur: sed huius in Epopeia, Tragedia, & Comœdia maior usus est: in Elegiis, Epigrammatibus, Epistolis, in quibus Poëta noster versatus est, non æquè magnus. Verùm de tota hac ratione fortassis alii. Scripsit in omni genere carminum frater vester multa, in quibus omnibus ita excelluit, ut, quem antea illi tribuimus, principatum facile tueri posse videatur. In Elegiis lenis, dulcis, perspicuus: in amoribus festiuus & lepidus: in luctu grauis, nec tamen elatus: oratio plena
 omni

PRÆFATIO.

omni genere affectuū: in Epigrammatibus argutus: in Lyricis suavis: ubique elegās. Quod si Epopeiam etiam attingere potuisset, haberemus nunc quem Vidæ, & Eobano. (ne quid arrogantius dicam) opponere possemus. Fragmenta eius, quæ extant in eo genere, quid præstare potuisset facile ostendunt. In reliquis certè, ne quis patriæ meæ Poëticae facultatis laudem eripiat, non valdè timco. Efferat Bombos suos, Pontanos, Flaminios quantum velint Itali: laudat Borbonios, Salmonios, Muretos Galli: Iactitet Eobanos, Stigelios, Sabinos Germani: nō vereor ut, quod eleganter Barza scriptum reliquit, Secundus noster secūndus cuiquā illorum sit. Eius hercule immatura morte quantum Poëtica facultas amiserit, queri facilius quam sarcire possumus. Quid enim

ab eo nō sperari poterat, qui ea ætate, qua vix Latinè, etiā qui doctiores haberi affectant, loquuntur, ea reliquit, quæ tantoperè doctis omnibus probatur: præsertim cū Iuris interim studio à patre operā dare coactus magnam in eo temporis partem collocarit. Omitto quòd variis peregrinationibus distractus vniuersum Belgium, Galliam, Italianam & Hispaniam peragravit: quæ profectioes quātoperè studiorum rationi officere soleant, norunt illi qui aliquando suo dispēdio experti sunt. Equidem existimo, illorum, quorum momenti alicuius scripta ad nos peruenerūt, neminem ante eam ætatem decessisse. Nam Politianum & Longolium, qui iuuenes perierunt, trigésimum ætatis annū excessisse constat: nisi quis Valeriū Flaccum dicat, in quo minùs hoc

admirari

admirari debemus, quòd lingua Latina, quam vix summo labore nos addiscimus, illi materna fuit. Sed de Secundo satis. Me verò vt hanc curam susciperem singularis in studiosos omnes, & cōmunem patriā nostrā amor impulit. Sic enim mihi persuasum habebam, me nec Poëtices studiosis quidquam fructuosius, nec ad patriæ meæ illustrationem gloriosius efficere potuisse, quàm si distractis & diuenditis omnibus prioris editionis exemplis, illud mea non magna cura (ne quis me laudem hinc aliquam aucupari suspicetur) præstarem, vt elegantissimus Poëta omnium studiosorum manibus tereretur. Vobis verò eam ob causam inscripsimus, quòd hæreditario quodam iure ad vos pertinere videretur. Vos igitur fraternæ gloriæ hæreditatē cernite. Sed

B ij

quæ vestra humanitas est, siquid studio inde fructus accefferit, non inuidebitis. Patriam etiam meam in partem aliquam venire patiemi, quæ hoc consequuta est, ut in hac etiã facultate nulli omnino regioni merito cedere debeat. Prolixior me fecit patriæ amor, cui, dum vita supererit, nullum à me studij & pietatis officium deerit. Valete,

Lutetiæ Parisiorum.

LILII GYRALDI DE IOANNE Secundo iudicium, Lib. II,
De Poëtis nostrorum temporum.

Fuit & Ioannes Secundus Hagienfis, cuius extant Basia, quæ ab omnibus ita leguntur, ut Basia affici videantur, &c.

De eodem P. Nannij Almariani testimonium.

Non omittendus est Ioannes Secundus, vir amœnissimi ingenij & stili, & quàmuis

quàmuis adolescens, facillè tamen inter scriptores sui æui principatum in Elegiaco carmine tuetur.

DE EODEM THEODORI
Bæzæ Epigramma.

*Excelsum seu condit opus, magnique Adaronis
Luminibus officere studeat:*

*Sive leues Elegos, alternâq; carmina, raptus
Nafonis impetu canit:*

*Sive lyram variis sic aptat cantibus, ut se
Victum erubescat Pindarus:*

*Sive iocos, blandosq; sales Epigrammate miscet,
Clara invidente Bibbilit:*

*Vnus quattuor hæc sic præstitit ille Secundus,
Secundus ut sit nemini.*

Nicolai Grudij in librum Ioannis Secundi fratris Epigramma.

Liber ipse loquitur.

*Tu quemcûnque iuvat tenero cognoscere versu
Seria deliciis mixta Cytheriacis:*

*Basia quem malidis delectant pressa labellis,
Semper et alterius finis amoris amor.*

*Me lege, et admonitus properata morte Secūdi
Carpe diem, volucri voluitur ille rota.*

*Ni facis, ereptum tempus legebis amori,
Quum veniet rapido mors inopina pede.*

Iac. Marchantij Neoporr.

*Dum magnis animis, & apparatu
In laudes rabior tuas Secunde:*



Castra parat dudum qui tua sponte sequi,
 Imperiumq; potens, & regna patientia late,
 Quae te spumigena cum Genitrice colunt,
 Carmine vocali patrias resonare per vrbes
 Agyreditur, tuus est, ledeere parce tuum.
 Ille nihil motus, lunato feruidus arcu,
 Accipe quae dixit multa diuq; canas,
 Et non ignota celebra nunc robora dextre,
 Formaq; quid valeat discere decentis Herae.
 Vix ea perfonuit, sonuit simul arcus, & vnâ
 Cum iaculo in venas sensimus ipsis Deum.

ELEGIA II.

Cum noua nascēti nerēt mihi fata Sorores,
 Ducentes sūsus stumina tortilibus,
 Aureolis Puer allapsus Cythereus alis
 Dixit, in hoc puero sint mea iura mihi,
 Fata canam vates, sacris absistite cunis,
 Arbitrio viuat desiciatq; meo.
 Nec mora, procūbens sinuosum curuus in arcū
 Si parēre negent spicula dura parat.
 Pārent, & Puerum Diua venerantur, at ille
 Demulcens tenera stamina dira manu,
 Risit, & Alcides specta hāc fortissime dixit,
 Et pudor antiquae cedat ab ore notae:
 Verba deinde leni recinebat blasa susurro,
 Qualis

Qualis in arboreis sibilat aura comis:
 Non equidem audiri, Nutrix audisse putatur,
 Et longum gelido diriguisse metu:
 Parue, sub ignoti lumen spirabile caeli
 Edite, cura Deum nostrāq; cura puer,
 Parue puer, nostris mox sudare sub armis,
 Haec praecpta mea suscipe militiae,
 Cum tibi vernanteis aetis exurgeret in annos,
 Curre lubens Domine mite sub imperium.
 Haec tibi continget, thalamis quae digna Deoris
 Diuum te mitidus anteferet thalamis,
 Quae tibi postponet quicquid legit India rubro
 Gurgite, felici gramine quicquid Arabs:
 Quaeq; tibi gemmis, & regum charior aure,
 Ingenio viuax surget in astra tuo,
 Castaliq; tibi promens argentea fonte
 Pocula, formosa porriget ipsa manu.
 Illius ē claris me saepe stupebis ocellis,
 Vibrantem occultas in tua corda facie,
 Spicula strigentem tacito lethalia neruo,
 Ut venit ignota fulminis ira via.
 Parue quid, heu, lacrymis infantia lumina
 turgent?
 Et concussa tremens horror in ora venit?
 Tempus in haec aliud, puer, o, dulcissime, differ,
 Cum tibi tot causae, cur lacrymeris, erunt,
 Quotae sub arborib; primis Aquilonib; anni.

Plauet deciduis tristis ager foliis,
 Quotve per excultos hortos, in vere rubenti,
 Decussis zephyro floribus albet humus.
 Sed tam nil durum, quod nõ tolerantia vincat,
 Et magnum afflictiis mentibus ingenium.
 Vincta soporatum dabit in tua brachia collum,
 Collaque languenti cinget amata manu,
 Osculaq; & quicquid superest post oscula dulce
 Noctibus in longis continuabit amans.
 Ergo incundo patiens insiste labori,
 Nec malus in portu desere nautæ ratem.
 Vulnerisq; que emissum oculis haurire vident,
 Alternasque oculis disce mouere facies.
 Disce gradum mediis suspensum ferre tenebris,
 Et per dilectas ire, redire vias,
 Et rigidos cythara posteis mollire per umbræ,
 Sertaque cantatis addere cardinibus,
 Dum nocturna tibi demulserit aura calorem,
 Et matutinæ collacrymentur aues.
 Disce leni varias nutu conferre loquelas,
 Disce verecunda voce diserta loqui:
 Qualia me docuit, per me tamen ante peritus.
 Naso, Tomitana non tremulandus humo,
 Quem mihi rectorem lasciuos Mater ad annos
 Legerat effrene conscia nequitie.
 Ille quidem famam Pelignis auxit amando,
 Tu quoque cum Belgis non inhonorus eris,
 Nec

Nec te longæ premet caligo mortis opacæ,
 Nec teget obscuro te vetus vna loco.
 Quæ fax ante tuis stridebit inuisa medullis,
 Hæc faciam, cineres luceat ante tuos,
 Tu modo semper ama, nec te tacebit amorum,
 Dulcius his nostri nil habet aula Iouis.
 Sæpe quidem insensus nostris fuit ille sagittis,
 Et, memini, nuper dira minatus erat,
 Arcuq; et pharetrâ fregisset, at optima Mater
 Nostra sub arbutis condidit arma Paphi:
 Mox tamè ille ferox ter mille p oscula supplex
 Orauit de me vulnus habere nouum.
 Quid Tyrius sine amore torus? qd mæsa Falerno
 Vile, quid auratis nixa domus trabibus?
 Quid iuuat Assyrii in odoribus elanguentem
 Seu sopor ad Cytharas, seu leue murmur
 aquæ?
 Omnia nil sine amore iuuant, sed amore secundo
 Et sopor in dura blandus humo trahitur.
 Omnis & Assyrium tellus aspirat amomum,
 Et vincunt humiles tecta superba castæ.
 Nil tibi sit terræ tractus aut dicere cæli,
 Tethyos aut tumidas rauca sonantis aquas,
 Quidve per occasum, quid signet astris portum,
 Quæq; tenet median, summa vel ima, locum,
 Neu cantare tui victricia Cæsaris arma,
 Progenies Matris sit licet ille mææ:

Sed facileis Elegos lento deducere versu,
 Qui valeant nostrum vincere molliorem.
 Tunc ego te croceis euectum ad sidera pennis
 Parnasi sistam culmine consubitum,
 Quæ tibi Pæan, simul & sua ferta negabit,
 Monte Cytheriaco Myrica ferta geres.
 Hac ter Amor cecinit, Parca assensere canenti.
 At Venus excelsa visit ab Idalio,
 Et Natum miti venientem fouit in umbra,
 Quæq; odor è nardo, quæq; odor è casta,
 Et rosæ zephyri vitaleis imbuit auras:
 Gramen & irriguas palpitat inter aquas.

ELEGIA III.

Siquis erit Iuueni, Domine q; turpe putabit
 Vincula in ingenuo pectore serua pati,
 Ille quidem certe quid sit Venus ignea nescit,
 Et nondum veris incaluit facibus,
 Illius obrigit glaciali frigore pectus,
 Qui tam dulce pati seruitium renuit.
 Non onerosa mihi, non est formosa pudori,
 Formosus Dominas Iupiter ipse tulit.
 Eheu, quæ mea me cæca face Iulita torret!
 Non sic assiduis ignibus Aethna calet,
 Nec tanto venas consumitur aridus æstu
 Adole sub Aethna conditus Enceladus,

Sic

Sic agitur primo iuuenis furibundus in igne,
 Cui iecur ignoto læsit Amor iaculo.
 Nos tamè hæc lentè, cum sit formosa, seramus,
 Et demus victas vincla sub arcta manus.
 Scilicet est aliquid specioso carcere claudi,
 Et iuuat aurata compe de posse premii.
 Illa mihi leges victrix præscribat, & in me
 Regia formosis sceptrâ gerat manibus.
 Illius imperio ventos patiemur & imbreis,
 Ibimus & solas nocte silente vias:
 Nec graue frigus erit, nec Solsitiû, licet in me
 Feruidus ingeminet sidera sicca Puer,
 Illa volet comitem sibi me quocumq;, sequemur
 Quæ via nulla rotæ peruia, nulla rati.
 Illa meos torret, & torreat vsque medullas,
 Prompta tibi sint hæc spicula sancte Puer.
 Nec mihi deficiat calor hic hyemantibus annis,
 Nec me cum tenebris obruct atra dies.
 Tunc detur tremulis illâ manibus complectar,
 Et fugientem inter basia fundam animam,
 Quæ tunc purpureis labris remorata resisset
 Forsan, & inceptum leta redibit iter,
 Spernet & Elysiâs sedeis, vallèmq; beatam,
 Præ tam mellitæ basiliis Domine.

ELEGIA IIII.

Maius alit frondeis, Maio sine fronde
 virenti

Ire nefis, mos, hoc, lux mea priscus habet.
 Ergo, age, certemus tibi, me sine frōde reperto,
 Minus quod nineum pectus adormet erit.
 Corporis, o, felix illa quod sede fructur,
 Cuius ab aspectu gaudia mille fero.
 At tibi lex hęc sit, solij virilitatis vt orba,
 Oscula cogaris mox dare pauca mihi,
 Oscula que possint fugientem sistere vitam,
 Restet vbi nullis spes medicaminibus,
 Pallidulāq; animā Stygię subducere lyntri,
 In nōā concessas & reuocare vias.
 Sic ego, depresso sic lux mea rettulit ore
 Pauca sed argutis multa loquens oculis,
 Bassiq; & mea quo iurabis basta vinci,
 Accipies aliquid, si modo victor eris.
 Dixit, & os audium roseo mihi molliter ore
 Pressit, & hoc cape nunc, cetera victor, ait:
 Victor ero certē, nec opem Cytheręa negabis,
 Si tu, si Nati, numina sancta colo.
 Tunc ego lasciuę potero contendere viti,
 Quę se vicinis implicat arboribus.
 Nec me hederę varius superabit in ilice nodus,
 Braubia erunt collo sic mea nexa meę.
 At vos purpurei reges ignoscite viciū,
 Risus erunt vestrę tunc mihi diuinę.

ELEGIA V.

VNę meę igitur versabit semina, curas?
 Vnāque

Vnāque mi risus, vnāq; fletus erit?
 Vna mihi dulcis facies moderabitur amos?
 Quos mihi Persephone non volet esse diu.
 Nam seu dura meos illa aduersabitur igneis,
 Seu facilem sese dat mihi, morte premor.
 Nec mihi vita potest duci sub amore sinistro,
 Inter mortaleis nec locus esse Deo.
 Sed potius moriar te te, mea vita, tenendo,
 Inq; tuos humeros funera nostra cadant.
 Funera de tereti melius pendentia collo,
 Quam si sublimi de trabe nexa forent.
 Qualis Anaxaretis fastum puer vltus amari,
 Flebile compressa fauce pependit onus.
 Exitus aut sic est, aut sic sperandus amanti,
 O, natum tristi sidere quisquis amat!
 Sed tamen in melius hęc omina tristia vertent
 Lumina, sidereis quę mihi pro facibus,
 Aspectu leto, torua seu luce, negantq;
 Dantque frui vita, dātque, negantque mori.
 Quęso, negate mori, vitam date lumina, quęso,
 Non sum de cuius morte triumphus est.
 Labra columbatim committe corallina labris,
 Nec vacet officio linguę, densve suo.
 Et mihi da centum, da vitia basta mille,
 Da super hęc aliquid, lux mea, numen erō.
 Nec sup hęc aliquid, nec vis dare basta pauca,
 Labra nec humidulis continuare labris.

Notiq; nec dentis, nec sunt tibi praelia lingua,
 Exuperas Latias & tamen ore nurus.
 Quas superas facie, iam superabis & arte,
 Dent modò Dij nostris versibus esse fidem.
 Nos neq; Chaonij vincet lascivias nidi,
 Nec Iouis omniuoli deliciosus Amor.
 Nam tibi quid prosit faciem corrumpere rugis?
 Hæc venient fronti, nec mora longa, tuae.
 Quidve superciliis oculos onerare nitentis?
 Nec tota nigras spargere fronte comas?
 Tempus erit, cariosa specu cum lumina condas,
 Canus & in gelido vertice crinis erit.
 Tunc frustra à labris pallentibus oscula quæres,
 Atq; aliquem obtusis scgere luminibus.
 Nulla corona tuos ornabit florida postis,
 Cantabit muto limine nullus amans.
 Quin potius dum fata sinunt, & nigra Sororũ
 Stamina, verq; viret nobile, carpe rosas,
 Quæ nisi carpentur, languebunt spòte, cadetq;
 Et stabit lapsis spina inhonora rosis.
 En tibi qui tecum redolentia munera carpet,
 Tecum florentes & parat ire vias.
 Sparsa Dionæo viridaria rore teremus,
 Visemissq; hortos Flora decora tuos.
 Illic & violas, & purpureos Narcissos
 Decerpes teneris molliter unguiculis.
 Ipse tibi nectam vario de flore corollas,

Impo-

Imponamque tuis Iulia temporibus.
 Iamque sub umbrosa recubabis læguila Myrto,
 Et modò me celeri lata sequere pede,
 Iamque colorata pronoluar lentus in herba,
 Et modò te celerem per loca lata sequar.
 Interea has flammæ mihi si duplicarit euntes
 Inuidus aurata Cyntibus è specula,
 Tu tu sola meis incunda caloribus aura,
 Humida de roseis flamina funde labris,
 Quæ suscepta mei fornacibus oris anheli
 Usque sub ambusti pectoris ima mœent,
 Reslinguatq; roqum, quæ nec vaga flumina terræ,
 Tata nec exhausti frigeret vnda maris.
 Lumina cui seruas aurum iaculantia purum?
 Cui tereteis digitor, artificemque pedem?
 Fascia lacteolis cui stat distenta papillis?
 Cui risus? & cui mollia verba parais?
 Cuius dispositus nutritur crinis in vsu?
 Oscula felicitis cuius erunt domini?
 Illicet ingrato seruaueris omnia Nautæ,
 Lethæam veteri qui rate verrit aquam.
 Huius ab amplexu venies ad basia Diis,
 Maxima tergemine cura timorq; Dea.
 In te turba ruent cui violenta prioris,
 Luminibusque canis, pallidul'sque genis,
 Et Paris, & Theseus, & nõ bene fidus Iason,
 Hæc veniet formæ maxima fama tua.

C

Quare ne tibi sit tanti regalibus umbris.
 Posses frui, ut viuus sum tibi vilis ego,
 Te iuuet in nostris positam languere lacertis,
 Me iuuet in gremio vita cubare tuo.
 Et cum suauolis animam deponere nostris,
 Equis tuis animam sugere suauolis,
 Siue meam, lux, siue tuam, sed sit tua malim,
 Ipse tuo ut spirem pectore, tuique meo.
 Tali vernantem satiemus amore iuuentam,
 Mors venit aeterna cinctâ caput nebula.
 At vos qui iuuenes suspiria nostra notatis,
 Et fractos oculos, & sine mente gradum,
 Ebria ridentes nullo cum pondere verba,
 Et si quis subito venit in ora color,
 Postmodò dicetis, non infeliciter arsit,
 Præmia cum nostri nota laboris erunt.

ELEGIA VI.

Nunc mihi Praxitelis digiti, nunc Adontaris
 essent
 Nunc Lysippæ, Phidiasque manus.
 Iulia namque meo se ipsi cupit aurea cælo,
 Nec tantum in libris nomen habere meis.
 Non ego sum satcor, cœlestem effingere formam
 Qui valeam, at Domine spernere iussa ne-
 scis.

Non

Non ego te, mala lux, faciâ de marmore duro,
 Illa decet rigidum materies animum,
 Quin & cæla tuos formabunt aurea vultus,
 Non facit ad molles ferrea lima genas.
 Iam iam fama meis maior venit artibus, ipsam
 Sculptere mihi videor cœlicolam Venerem.
 Sed dū te video, & propius tua lumina specto,
 Aemula Phœbeis lumina luminibus,
 Ferre negant oculi iaculantem spicula vultum,
 Cœlaque nota negat languida ferre manus,
 Desicit, & torpet, nec iam sibi conscius artis
 Illius est animus, nec memor ipse sui.
 Ah, nulli fas est mortali effingere Diuas,
 Mens cadit, obstupescit, heu, & mihi surripior.

ELEGIA VII.

Insidiose Puer, Maternis scior vndis,
 Hæcne tuus Vates fraude petendus erant
 Tu mihi iussisti, numeris leuioribus irem,
 Assumpsisti facileis ad tua iussa modos,
 Materiesque mihi curuato venit ab arcu
 Longa, sub vn tenos digna veniri pedes.
 Vix opus incepti, Coniuna Puer improbe tuis,
 Ducis & externas in me arguta manus.
 Et nunc ille venit diuersi rusticus vrbe,
 Prætendens sancti fœdera coniugij,

C 7

Scilicet vt diris faciãt sponsalia verbis,
 Impediãt illi picus, & anguis iter,
 Et cornix inimica viis, & limine primo
 Sentiãt offensi signa sinistra pedis.
 Quæ si non possunt illum terrere, quod opto,
 Accipiat Diui quod monuere malum.
 Subq; rata ponat odiosam in puluere vitam,
 Multaq; proiecti viscera carpat auis.
 Aut mergatur aq; & mûstra natãtia pascat,
 Quanta Deo pelagi tunc ego dona feram!
 Sic nec in amplexus veniet, nec in oscula nostræ
 Improbis, & sceleris gaudia nulla feret.
 Et Iuuenes alios violenta sorte monebit
 Vatum deliciis non temerare manus.
 At tu, siue tuos igneis transmittis in illum
 Iulia, siue magis te tua fata trahunt,
 Infelix nimis, et querulo mihi carmine scãda es,
 Cogeri ignoto quæ comes ire viro,
 Et te captiuis hominum misere cateruis,
 Eq; breui verbo ferre perenne malum.
 Ah, poteras lux, ah, poteras ius dicere nobis,
 Orãq; formoso regia verba loqui,
 Inq; meo versu sublimia regna tenere,
 Prima fidis nostræ gloria, serus honos.
 Inque puellarum, quas olim carmine vates
 Laudauerẽ pij, nomen habere choro,
 Qualis quæ falso Nãsoni dicta Corinna est,
 Delia.

Deliaque, & Nemesis, & bene culta comam
 Cynthia, formapotès, nec nõ tua Galle Lycoris,
 Quarum immortalis forma perenne viret.
 Digna quoque hæc facies, quæ carmine lõga vi-
 Secta, nec in cineres omnis abiret, erat. (deret
 Vt sciret nostros etas ventura furores,
 Et tam formosam non violasse fidem,
 Et culti iuuenes, non incompta que puella,
 Expertæ dulcem militiam Veneris,
 Myrtea ferta tuo ferrent violasque sepulchro,
 Diceret atque aliquis, sit tibi terra leuis.
 Et poterit aliquid nostræ prestare Camenæ,
 Fata nisi obstarèt, & malè faustus Hymen.
 Non quia Virgilio primos concessit honores
 Posteritas, Fiacci spreuit iniqua Lyram,
 Aut malè reiecit, quæ protulit Vmbria, Vate,
 Sola cui longum Cynthia carmen erat.
 Peligni viuunt opera ingeniosa Poëta,
 Rectorem Nato quem Venus ipsa dedit.
 Nec te longa dies delebit culte Tibulle,
 Ignibus atque arcu dum potietur Amor.
 Nostra quoque adueniès si nõ his inferet etas,
 (Quod sperare pudor sit mihi, sit que neq; phas)
 Non tamen obscura damnabit nomina nocte,
 Fallor? an hoc olim mi Dea pollicita est,
 Fragrãtẽ quæ nexa comam, Myrtoque decora
 Vadit inæquali conspicienda pedes

Quam bene prisorum curvebat vita parvum,
 Ingenua Veneris libera sacra colens.
 Nondum coniugij nomen servile patebat,
 Nec fuerat Divus adnumeratus Hymen.
 Passim cœmunes exercebantur amores
 Omnibus, & proprij nescius orbis erat.
 Ense maritali nemo confossus adulter
 Purpureo Stygiis sanguine tinxit aquas:
 Anxia non tenuit custodis cura puellam,
 Nulla erat inuisis clausa domus foribus,
 Nec sacer agricolis stabat lapis abiter agro,
 Trabs que procellosum nulla secabat iter.
 At postquam domibusq; fores, foribusq; subiit
 Clavis, & equoreas navita spreuit aquas,
 Non dubitans animam tenui concedere ligno,
 Externas fragili puppe secutus opes,
 Discretique nouo iacuerunt limite campi,
 Indixit leges & sibi quisque nouas,
 Scilicet ex illo sensit fera iura, iacetque
 Clausa pedem dura compede serua Venus.
 Mortales sceleri leges prescribite vestro,
 Innocuam uinctis nec cohibete Deam.
 An quia Lemniacis semel est elusa catenis,
 Digna erit à vobis que grauiora ferat?
 Tempora, si fas est, iterum prima uia redite,
 Falsiferdque iterum sub Sena mundus eat.
 Inscia tunc rastro, tunc vomeris inscìa curuis,
 Sponte

Sponte sua segetem terra benigna feret,
 E. repetent iterum ille fertas numina terras.
 Et fruatur, & longum tutus amore meo.
 Interea qui fides meas inuadere melleis
 Ausus es, ut voto iam potiare tuo,
 Adiduas versuta dolis te rideat illa,
 Nec tibi componat se, faciemque suam.
 Sed iuuenum gregibus studeat formosa videre
 Sic miser, & nulli commiserandus eris.
 Quippe nec indignum fecisse putabitur vlli,
 Si fugit amplexus bella puella tuos,
 Si fugit hanc faciem qualem Medea gerebat,
 In naos gladio cum ruitura stetit.
 Hanc tamen illa potest pacato cernere vultu,
 Nec spūit obducta nec tegit ora manu?
 Hanc spectare potes? corpus potēs illud amare
 Iuliascā capitur, dicis, amore mei.
 Non ardēt amat, & amat nō dignus amari,
 Et sunt mille alij, quos tua forma rapit.
 Imq; diem video properantem, cum tuus illi
 Et grauis aspectus, & graue nomen erit.
 Iulia tum lentus producens frigida nocteis,
 Optabis nostras in tua colla manus.
 Iulia non veniam, venit, querulumq; subibit
 Ille, peregrino lassus amore, torum:
 Et tecum, mea lux, meliori digna cubili,
 Pallatus densa veste iacebit iners.

Tunc potes aeternis hoc vnum poscere votis,
 Vt properent longas fata tibi tenebras.
 Parcite fata tamen, formosus perdere crimen,
 Gloria vos alia de nece magna manet.

ELEGIA VIII.

Ergo dies venit, qua se formosa mariti
 Dedit in aeternum Iulia seruitium?
 Qua nostras aliò cogar traducere flammās,
 Qua delenda animo est illa admata mihi,
 Quātum nulla fuit, quantū nec amabiur vlla,
 Seu me vita brevis, seu diuturna manet?
 Lūmque peregrinae committit fœdera dextræ,
 Fœdera quæ Diui iam violata volunt.
 Mox dapibus, leuibusq; dies peragēla choreis,
 Et sine me tota est, tota sit atra, precor.
 Phœbe, coloratum, si te bene credimus olim
 Esse sacris patrem Vatis, abde caput.
 At tu tela manu iaculare corusca rubenti
 Iupiter: hæc sola luce sit alba dies.
 Tuque Iouis cōiunx, quantum connubia cures
 Talia, demissis amantibus ipsa doce,
 Fallimur: an certè condit sua Cynthia ora?
 Condit, et obscura nocte teguntur agri,
 Præcipitantur aquæ, mare pendet in aëre den-
 sum,

Ignibus

Ignibus excussis dissiluerè poli.

ELEGIA IX.

Petre sodalitiij pars sincerissima nostri,
 Felix Maclinia cui licet vrbe frui.
 Me tenet Augusti celebris Bruxella triumphis,
 Fontibus aeternas quæ iaculatur aquas.
 Hic mihi nec desunt gratissima turba Poëtae,
 Nec quibus à lingua diuine venit honos,
 Quorum posteritas operoso grata labori
 Nomina sub longa luce videnda dabit.
 Hic veterumque manus animato miror in ære,
 Subque meum aspectū turba togata venit.
 Multaque quæ gentis æquant miracula prisce,
 Quæ modò Romulidū dædala mittit humus.
 Scilicet arguis vrbs hæc me ponit Athenis,
 Scilicet hic media sistor in Ausonia.
 Mille vel hic oculos possūt retinere, vel aureis,
 Nulla tenent aureis, nulla tenent oculis.
 Non queat hoc alius præter te credere quisquã,
 Fortè nec ipse queas credere, crede tamen.
 Nimirum nostri iam pridem conscius ignis,
 Vna geris mecum pectore tela tuo.
 Vnius ex oculis fax est accensa puella,
 Quæ iecur Idalius torret vtrisque Puer.
 Quæ tua si forsitan leuiter præcordia lambit,

Quam tibi duritiam pectoris esse putas?
 A. Vix; lux, neq; mi no. tis leuat umbra do-
 Vror, & in venis flebile vultus do. (loré,
 Semper in abs nteis suspiro. m. xliis. amores,
 Inq; cupidinea mœnia Ma. lin. e,
 Illa sed abs. esit, peregrino iuncta marito,
 Quæ voluit virideis in mare Scaldis aquas,
 Abs. es. t. doleo quid tum? vestigia restant,
 Et loca quæ nobis gaudia longæ dabant,
 Et si i. i. hic fuero, fuero vicinior illi,
 Esse putas hæc tu ludicra magna loquor.
 Tu quæ multa foro noua sisset effeda vesper,
 Noxq; rateis tarda sera referret, aqua,
 Ipse rateis omneis audax speculator obirem,
 Cunctaque defixis effeda luminibus,
 Si quæ fortè meam mihi redderet hora puellâ,
 Seu vectam Venereis suaue sonante rota,
 Seu raptam tereti vada per crystallina concha,
 Seu lapsam roseo Cypridis è gremio,
 Nam neq; te retinet conuicx tuus, aut tibi lögis
 Noctibus incumbit, Iulia, pondus iners.
 Te Venus Idalios inter sonet aurea lucos,
 Et Vencrem geminam nunc locus ille colit.
 Supposuit pro te scortillum turpe marito,
 Affluit vultus cui decus omne tui:
 Barbarus ingratis illam complexibus urget,
 Teliger intactam te mihi seruat Amor.

He.

Hic ego solarer curas, dum tempora nolis
 Tarda fluunt, agras inier amantibus.
 Hoc quoq; (nã p. teris plura s. amittere causas)
 Visere Macliniam cui properemus, habe.
 Inter finitimas, experti credimus, vrbeis.
 Illa sibi formas vendicat, illa daret
 Fortè nouas flamas, veteres quæ pellere possint,
 Hæi mihi, sed vereor, (Dij prohibete malum.)
 Ne calor hic alia possit consistere sede:
 Hactenus hunc certè Iulia sola tenet.
 Candida quantumuis, & non deformior illa,
 Et versatilibus ebria luminibus,
 Sape meus oculos in se Domitilla moretur,
 Oscula quæ facilis ad mea sponte venit.

ELEGIA X. SOMNIVM.

I Te procul mæstum lacrymæ genus, ite que
 rele,
 Et comes aligeri cura vigil Pueri,
 Cinge triumphanteis victrici fronde capillos
 Laureæ Phœbææ grata corona comæ,
 Misit in amplexus illam Venus aurea nostros,
 Prima mihi quæ sax, quæ mihi serus amor.
 Non fora, non portus, nõ iã populosa theatra,
 Templaq; sunt nostris conscia blanditijs.
 Mater abesi, digitis legem quæ ponat, & ori.

Et cogat tremula murmure pauca loqui,
 Osculaq; arridulis non continuanda labellis
 Carpere, quæ iuret barbara, quisquis amat,
 Et cælare facies, & amici obtexere nomen,
 Multaq; quæ solers fingere discit Amor.
 Sola iacet mecum somato Iulii lecto,
 Sola tuum solos non sinit esse Venus,
 Et Puer, vnanimitis comitatus in omni vitas,
 Certus & exanimis, certus & ossa sequi.
 Fortè vident & nos, qui spectant omnia, Diui,
 Delitiis nostris inuidiosa cohors.
 Dii precor, ò, nostris ne lustibus inuideatis,
 Non ego nunc vestris lustibus inuideo.
 Iulia te teneo, teneant sua gaudia Diui.
 Te teneo, mea lux, lux mea, te teneo,
 Iulia te teneo, Superi teneatis Olympum,
 Quid loquor? An verè Iulia te teneo?
 Dormio ne? an vigilo? vera hæc? an somnia
 sunt hæc?
 Somnia seu sunt, seu vera, fruamur æge.
 Somnia si sunt hæc, durent hæc somnia lon-
 gum,
 Nec vigilem faciat me, precor, vlla dies.
 Et quicumque meo ponas vestigia lecto,
 Parce pedum strepitu, comprime vocis iter,
 Sic tibi non vnquam rûpant insomnia galli,
 Tardaque productæ tempora noctis eant,
 Plu-

Plurima cû rubris tibi gēna legetur ab undis,
 Pætolique domus tota liquore fluct.

ELEGIA XI.

Hos tibi, sancte Puer, primos sacraminus
 igneis,
 Has tibi primitias dedico, sancta Venus,
 Dij, quorum nostri viuent sub nomine versus,
 Sæpe colenda Venus, sæpe colende Puer.
 Hactenus optato dant indulgere furori
 Et mos, & leges purpureusq; pudor,
 Hactenus & , credo, vos me voluistis amare:
 Lamq; mihi iaculi ferte medentis opem,
 Et quod inaurati terebratum cuspide teli
 Sollicitum toto pectore vulnus hiat,
 Sentiat arcanas obtusa in arundine vireis,
 Mox dolor, & questus, & labor exul eat,
 Halitibusq; increta meis suspiria, cumque
 Languida spinoso cura satellit io.
 Tunc ego vos dicam mitissima numina Diuum,
 Ipse Deum sine queis Rex quoq; tristis erit,
 Corq; geram vestris semper penetrabilis telis,
 En patet in vulnus pectus in cruce nouum.
 Non ego desertor fugio quæ castra sequebar,
 Abscevit longas spes properatus Hymen:
 Ah, Hymen, genus vrania, cur Te spia rupes

Non te derinuit, Lympha nec Aonia
 Cum te nigra dies inisi ad sacra vocabat,
 Et pactum infausis coniugium alitibus.
 Ipsa ubi Tisiphone tadas à funere raptas
 Ferali tenuit, omnia dira, manu.
 Nonne fuit satius cantus haurire sororum?
 Cernere vel, sacræ quæ luit humor aquæ,
 Veste Deas posita teretes abscondere furas,
 Quàm miseram turpi dedere seruitio?
 Et me, cui Cypris tot basia mitu alebat,
 Exturbare mee brachiolis Dominæ?
 Quæ nunc in longa raucescens moesti querela,
 Discit amatoris omina vera suis.
 Heu, quæ non longo meditabar gaudia ductus!
 Vnde nihil, præter somnia vana fero!
 Sic segete ex viridi stauas præsumit aristas
 Rusticus, atque animo iam sua vota metit,
 Vota quibus miserum grando fraudabit &
 imber,
 Seu validi status, fulmina sive Iouis.
 Sed quid ego toties fati contendere pergo,
 Quæ non mutandis stant rata limitibus?
 Tu Puer, ò Pueriq; parens, Ione nata, Dione,
 Soluite me ingratis sollicitudinibus.
 Et mihi, si merui, nociturus d. mire flammæ,
 Ne sum fumosis fibula vorticibus,
 Vinofasq; meo producant nomine mensas,
 Igno-

Ignorent quæ ma'um compita nulla mecum.
 Et, si quando nouo pallentem afflabitis igne,
 Efficite vt miserum me iuuet esse diu.
 Et mihi feliceis extendant gaudia curas,
 Dum veniant capiti candida fila meo.
 At, quocumque mei tabescant lumine vultus,
 O, saltem possim dicere, talis erat,
 Nobile quæ paruo nomen sortita libello,
 Prima mee spoliium Iulia mentis habet.
 Interea hos elegos, primi monumenta calor
 Accipite, & risum iungite cum gemitu,
 Dicentes, nostri pars hic quoque parua trium-
 phi est,
 Semper amet dulci semper amore fruens.

Elegiæ solennes tres, consequentibus
 tribus post adamatam Iuliam
 annis, Mense Maio Cupi-
 dini dedicata.

ELEGIA SOLENNIS I.

TEmpus adest iterum, quo stat pulcher-
 rima tellus,
 Effundens v. ariis germina seminitus.
 Nigrescit viridi velata cacumine sylua,
 Garrula stebilium carmine Daulaidum,

Illa sonans tremulâ Zephyro spirante viroris
 Tempora conqueritur non diuturna sui.
 Ipsa nouo Cytheræa choros agit aurea mense
 Nuda coronatas inter Hamadryadas,
 Quas inter medi^o tenero pede gramina pulsat
 Candidus in crocea veste proteruus Amor.
 Hæc sacris nostræ semper solennia Musæ
 Tempora, Dij magni sic voluistis, erunt,
 Sive peregrinum vis me deducet in orbem,
 Sive sub ignoto sidere pontus aget.
 Hic etenim nostros primum pallefcere vultus
 Mensis & euinctum vidit acerba pati,
 Aligerique faces oculis gressuque fatentem
 Ire vacillanti per loca sola pede,
 Et dominæ seruare foreis, pluuuisque molestas,
 Et scenas Boreæ non timuisse minas.
 Vidit & ille idem carpentem gaudia mille
 Lenibus ex oculis mollè tuentis Hæcæ.
 Ergo, Puer, venis hominum qui spicula tingis,
 Inseris & mœstis gaudia lacrymulis,
 Hæc affixa cape Maternæ carmina Myrto.
 Annua qua semper, sis modò mitis, erunt.
 At vos, florenti, Luuenium grex floride, Maid,
 Gensque puellaris deliciosa chori,
 Non intellectum dum ver fugit, & fugit æ-
 num,
 Ludite, iam glaciem Bruma nincisq; serex
 Canaque

Canaque subrepet taciturnis passibus ætas,
 Morsq; tenebrosa nube reuincta caput.

ELEGIA SOLENNIS II.

E T cæli facies, & rerum mitis imago,
 Pictaque, quæ vario flore renidet, hu-
 mus,
 Pendulaq; obscuris distincta umbracula syluis,
 Blandaq; syluestreis quæ mouet aura comas,
 Antraque cû Satyris fusca per opaca Napææ,
 Et Puer arcitenens & Venus ipsa monet
 Aduentare meis iterum solennia sacris.
 I, Puer, unguentum fer mihi, fer violas.
 Vina coronatis spument nigrantia mensis,
 Nec sine multiplici stet mihi flore caput.
 Impositæ fronti mecum languete corollæ,
 Ad latus accedat fusca puella meum,
 Quæ nigris oculis & nigro crine decora,
 Antiqua memorem me facis efficiat,
 Nec peiora meis insigat basia labris,
 Serpat in amplexus nec minus apta meos,
 Quam quæ prima suis victum me cepit ocellis,
 Et fastu referens prima trophæa meo.
 Vos quoq; Pierides, ad tempora læta vocatæ,
 Fundite concordis ore fauente sonos.
 Primus ego ingredior, nullo de more, Sacerdos

Annua nequitia peneve sacra mee:
 Transeat hic, positis immota per aëra ventis,
 Et sine nube dies, et sine sole graui,
 Transeat hic totus sine sollicitudine mensis:
 Hei mihi, de Maia qui malè nomen habet.
 Vel Veneri domina, vel, si sibi legit Aprilem,
 At Pucro Veneris debuit esse sacer.
 Quamuis Maia Ioni iucundo cognita furto
 Formosum peperit cādida Nympha Deum,
 Insignem neruis, insignem voce disertā,
 Conspicuumque genis, conspicuumque coma.
 Ille vellet mecum materno applaudere mensi,
 Implicitus multa tempora flaua rosa,
 Ebriaque in longa ducens vestigia palla,
 Argutum facili pollice pulset ebur,
 Quem circumfiliens huc illuc crure proteruo,
 Lasciuus domito Vate triumplet Amor.
 Atque cadē grauida depromat tela pharetra,
 Quae primum venis irruere meis.
 At petulante ferox insultans voce iacenti,
 Verset in aspectu spicula nota meo.
 Tunc ego commonitus iuratum soluere votum,
 Perficiam toto sacra iocosa toro.
 Hac quoq; quae cecini, ne quid solēibus absit,
 Suspendam myrthi carmina de foliis,
 Quae strepitem teneris assuspirantia ramis,
 Pulsa susurranti leniter à Zephyro.

Accedet

Accedet versus, Vates tuus, alme Cupido,
 Haec tibi promitti dedicat imperio.

ELEGIA SOLENNIS III.

Ille ego, qui Maio solennia carmina mense
 Suspendi templis, sancte Cupido, tuus,
 Cum melior tellus meliora in amore teneret,
 Mulcentem tepido pectore dulce malum,
 Nunquid ab hac poteram liber desistere cura?
 Reiectus dulci tam procul à patria:
 Tam procul antiquo infelix diuisus ab igne,
 Qui primum nostris ossibus incaluit?
 Quin etiam, te autore, graneis expertus a
 mores

Cum fuerim, et dominae regna superba nouae,
 Quum mihi crudeli faceret ludibria vultu
 Insultans capiti torua Neera meo,
 Certè ego si pacto iuratus stare recussem,
 Vnde petam veniam vel tua mater erit.
 Illa sua fixum conseruat in arbore carmen,
 Annua deuoui quo tibi sacra Puer,
 Dum mihi mansuetas afflaves leniter auras,
 Durus ades, duro frigeat ara Deo.
 An, mea si Libycas nauis ditauerit vndas,
 Aurea Lædois dona feram pueris?
 Aut, ego si moriar longinquis exul in oris,

D ij

Decernam reduci sacra opulenta Iouis
 Abnuat hoc heres, & si sub iudice certet,
 Turpiter a causa Iupiter ipse cadet.
 Vtrices igitur tædas metuemus, & arcum,
 Plusquam fulminei feruida tela patris?
 Iupiter ignoscas, cedunt tua sceptrâ Nepoti,
 Et trifidum Pueri sub face fulmen hebet.
 Illius æternis hababunt templa corollis,
 Vndabit pecudum sanguine pingue solum,
 Mascula sudabunt verbenæ thura perusta,
 Et focus in viuo cespite semper erit.
 Ipse ego, nude Puer, signum tibi nobile ponam,
 Quale Cnidus matri seruat aquosa tua.
 Aureus in nivea ludet cerviçe capillus,
 Aurea cum filia tela dabo pharetra.
 Penna duplex humeris auro radiabit & arcus
 Ille nocens, Parium cætera marmor erunt.
 Proxima ponetur, nec erit tibi Sancte pudari,
 Vatis amatoris Iulia sculpta manu.
 Interea roseo demus sua carmina Maio,
 Sæpius vt remeans floreat ille mihi.
 Maius alit flores, Maio pulcherrimus annus
 Vernat, Acidalia gaudia Maius alit,
 Spem segetis, spem Maius alit florentis Iacchi,
 Spes, memini, quondam fuit & ille medæ.
 Et primos miseri gemitus audiuit amantis,
 Et primas lacrymas vidit, & indoluit.

Tunc

Tunc Zephyrii socias mecum miscere querelas,
 Quæ tremis ignotis umbra sub arboribus,
 Et tepidum lacrymas iussit siccare cadentis
 Solis ad afflatum, ros vti vernus abit.
 Maie decus mensum, pastorum Maie voluptas,
 Diues opum, Terræ luxuriantis amor,
 En tibi cum Puer communia sacra volucris,
 En tibi purpurea spargitur ara rosa,
 Et noua cantamus solenni carmina plausu,
 Quæ tibi parue Puer, quæ tibi Maie damus,
 Adsis & faueas florum Dea versicolor um,
 Te rosa, te violæ, te thyma cana vocant.
 Narcissus tibi suaue rubet, tibi lilia fulgent,
 Candida virginea lilia carpta manu,
 Omnia dotaleis olim quascunque per hortos
 Nutrit amatoris fertilis aura tui.
 Ecce tibi nostri cedit pars tertia sacri,
 Linque tuos hortos, Diua iocosa veni,
 Qualis eras Zephyro, cum te formosa secutus
 Securam pennis mollibus implicuit.
 Qualis ab ætherio spectabas culmine ludas,
 Quos tibi solenneis Martia Roma dabas.
 Romanis tibi pro ludis Romana Secundus
 Carmina, diuersa cantat in Hesperia,
 Quæ rutilas Tagus asiliens eiechat arenas,
 Sub matutinis cantibus alituum,
 Carmina spectaculis longè potiora vetustis.

D. is.

IO. SECVNDI

Sustulit hac ætas, illa perennè manent.
O, ita, cū blando blandissima Mater Amore,
O, ita Bacche velis, o, ita Phœbe Pater,
Semper vt illius maneant monumenta caloris,
Quem mouit tremulis ignea luminibus,
Magnam quæ paruo, nomen sortita libello,
Prima meæ spoliū Lulia mentis habet.

IOANNIS SECVNDI

Hagiensis Elegiarum
 Liber Secundus,

ELEGIA I.



Vt damus hos elegos? tibi
qui legis ista libentur,
Cui micat in læta fronte
serena Venus.
Seria qui curas, procul hinc
age seria, ferri
Nos sine, quo Pueri iura
volantis agunt.

Tempora q̄ longum iucundo florida vere
Stant, neque nix atris crinibus vlla venit,
Et Nympha, et Charites, et capripedes Syluani,
Et syluæ, & virides sint mihi carmen aquæ,
Es Venus, et Veneris lateri lasciuus adherens,
Gaudia

ELEG. LIB. II. 28

Gaudia qui curis dulcia miscet Amor.
Cum glacialis hyems calidos extinxerit æstus,
Nature libeat tunc mihi scire vias,
Immensumque suis sectum regionibus orbem,
Quæq; malum spondent sidera, quæq; boni,
Non ego Virgili maneis Acheronte ciebo,
Florida sacrato ferta ferens tumulo.
Per me Maonides secura dormiet vrna,
Ascreo cineri victima nulla cadet.
O, tantum faueas Vmbri leuis vmbra Poëtae,
Cynthia si nostro semper in ore sonat.
Tu caput hoc circum pennis allapsa sonoris,
Ter strepe, procumbens ter bona verba ca-
nam,
Deinde vbi Panchæo fumauerit ara vapore,
Placatum Leibes & mihi numen erit.
Afferam lactis niueo te rore remittam,
Cynthia ne charo Vate sit orba diu.
Ignauæ tenebræ, longique obliuia secli,
Quæso soporiferas hinc cohibete manus:
Hunc etiam Veneris seruat tutela libellum,
Hunc etiam sacra lustrat Amor facula.
Si tamen ista cadent senio defecta caduco,
Et fiet nomen litera trita meum,
Aequius occumbam, si post mea fata, superstes
Nicolaos frater, vixerit aut Marius.
Vatis amor Vates, germani gaudia fratres,
D iij

IO. SECVNDI

*Carmine fas vestro sit superesse mihi.
 Ingeniose Mari ventura in secula tecum
 Me tua Cymba vehat, non graue pōdus ero.
 Cymba, reudentem qua mutet Cypria conchā,
 Quamq; columbino praeferat ipsa iugo,
 At tu formosas Dryadesq; & Naiadas inter
 Rure tuo sedem da mihi Nicoleas.
 Tu diuina canis Serrati culmina montis,
 Is tibi monstrauit primus in astra viam,
 Laurigeroque cauas ferienti vertice nubeis
 Ad iuga Parnassi iam leue fecit iter.
 Barbarus ad ripas nuper te Cynga canentem
 Audiit antiqui delicias Laty,
 Narcissum vitrei morientem fontis ad vnam,
 Florem de riguis purpurecum lacrymis,
 Omnes vt puerum suspirauerit puellae,
 Omnes vt puerum deperiere Deae,
 Vt puer instantis spreuit per rura puellas,
 Vt puer erranteis per nemora alta Deas,
 Quarum quae flammis arsit grauioribus Echo
 Cantibus applausit Diua canora tuis.
 Ipse tuos numeros tenebris audiuit ab imis,
 Fritur & proprio iam magis igne Puer.
 Nec speculum Stygiae modo consulit amplius
 vnde,
 Emicat in versu pulchrior ille tuo.
 His allecta modis pridem superasse putatur*

Latæ

ELEG. LIB. II.

29

*Leta Pyrenaeas Calliopæa niuis.
 At tibi pro merito felix Hispania lauros
 Virgineas hortis seligat Hesperie,
 Et tibi Cyngiades intexant ordine Nymphæ
 Narcissos lentæ puniceos hederæ.*

ELEGIA II.

TEmpore cur dictio cessas Venerilla venires?
 Ecce tibi torus est, ecce parata Venus,
 Quale Tyndaridi, spaciofa per equora raptae,
 Tutus in Iliaca soluit adulter humo.
 Ipsa Venus violis, & puniceis Amaranthis,
 Et totum Cyprio sparsit odore torum.
 Ipse torum face lustrauit flammante Cupido,
 Transiliens agili candida fulcra pede.
 Quid cessas formosar tuum sic ludis amantem?
 An magis, exiguo tempore discrucias,
 Obsequio vt meliore moram lasciuia repenses?
 Dilatisque auida mente bibatur amor?
 Ah, nimium mihi tarda, & tarda tardior hora,
 Quam male dinumeras tempora, quæ numero:
 Sed cur dinumeres, cum malis fallere amatem?
 Forsitan hæc alijs hora parata fuit.
 Dumq; ego blanditijsq; tuas, & roscida mæte
 Oscula percipio, multiplicets que viceis,
 Dum vacuum falsis complexibus aëra captas

IO. SECUNDI

Dum mea in absentis porrigo colla manni,
 Et, quemcumq; mouet strepitum lenis aura per
 aedei,
 Dilectos Domina suspicor esse pedes:
 Demulces alium tepido peritura cubili,
 Cum quo disperdas gaudia pacta mihi.
 Forsitan et de me, teneros matura cachinnos,
 Miscetur vestris fabula nequitis.
 Hec, quid in immeritâ tâ turpia crimina fingor?
 Credo equidē, facileis iâ mouet illa gradus,
 Iamq; pedem thalamis ponet cultissima nostri
 Fallor: an in nostro limine latrat Hylax.

ELEGIA III.

Flammolis mea lux oculis cū cūcta peruras,
 Frigidius Scythica cur niue pectus habes?
 An malus ille Puer, terror Matricque, Ionique,
 Quod tam formosa es, ledere te metuit?
 Non metuit certe, taleis amat ille triumphos,
 Et formosarum vulnere semper ouat.
 Lumina sed radiis tua non cedentia Phoebi
 Idalias hebetant discutiantq; faceis.
 Ille dolet, rubor ora calens puerilia signat,
 Vix, ô, vix lacrymas lumina torua tenent.
 Lente Puer, Matricque pudor rediitire dolenti,
 Mitte facem, iaculis hæc tibi præda venit.

Aut?

ELEG. LIB. II. 30

Aut si formosum non vis transfigere pectus,
 Candida ne liuor membra cruorisc notet,
 Exinctas faculas Dominae sub lumini mitte,
 Illa iterum flammis quas rapuere dabunt.
 Mox vbi languidulam carper nocturna quietē,
 Clauserit atque illi sidus vtrumq; sopor,
 Ignaram totis furtim succende medullis,
 Hauriat et longum corde repente malum.
 At tibi si monitis veniet victoria nostris,
 Sancte Puer, Vatem mitius vre tuum.

ELEGIA IIII.

Chara meū gelida ferit niue Lydia pectus,
 Dicebam flammis hæc, puto, tela cavet,
 Nec caruere tamen, sub aqua latere suuile,
 Flammæque per venas stillat aquosa meas.
 Hec mihi, securi quâ declinabimus ignem,
 Frigore duratas si metuemus aquas?
 Frigore fax nata est, tolletur frigore nullo,
 Sperandum simili de face frigus erit.
 Sume pareis igneis, miseriq; iuabis amorem
 Lydia, frigoribus semper acerba nocet.

ELEGIA V.

Non tâ mite mihi pectus Natura dedisses,
 Calcaret nostrum nulla puella caput

Nec paterer toties tumidi ludibria vultus,
 Iratisque oculis oscula blanda darent,
 Rinalcmque meū Domina laudante probare,
 Adstrictus turpi sedulus obsequio,
 Dura puella, puella meis indigna Camœnis,
 Alpini animum frigidior niuibus,
 Ementita tuæ facio præconia forma,
 Ut qualis non sis esse putère mihi.
 Te laudo Vates, laudatam amplectitur alter
 Barbarus, & nostros arrigit ad numeros.
 Aspicio fractosque oculos, & colla notata
 Dentibus, & quasso non bona signa toro.
 Diceris intered, fateor, castissima nobis,
 Multaque narramus de probitate tua.
 Tu quoque, mentitum ne me rear, ore pudico
 Respuis vsque meas dura Ne.era preces.
 Cùmque aliis toto pateat tua ianua poste,
 Mulus & è foribus lasus amator car:
 Vni casta mihi perstas, hæc præmia Vates
 Debita pro falso munere vanus habet.
 Heu crudelis Amor, tuque, o, crudelior illo,
 Siue hostis, seu non pulchra Ne.era tamen
 Tempus erit certè, curis cùm liber amaris,
 Executiam vestras despiciamque faceis.
 En mihi iam silices, en circum pectora ferruna
 Nascentur, & vinco vos quoque duritie,
 Infidum genus, ah, nuper mea cura, puella,

Adentiz

Menis perniciēs insidiosa bonæ,
 Nō ego vos posthac humili prece lentus adibo,
 Asperaque obtutu verba feram tacito,
 Lasus & à vobis, lasas vos esse fatebor,
 Et placatrices ipse feram lacrymas,
 Contemptisq; superba pedes ad limina cogam
 Inuitos, pereat quem iuuat ista pati.
 Dura Ne.era, Ne.era meis indigna Camœnis,
 Alpini animum frigidior niuibus,
 Non ego, cùm veniet pallæ melioris amator,
 Quilibet abscondam insus in antra caput,
 Scilicet ut possis, diuis iurare vocatis,
 Per caput illius, perfida, perque tuum,
 Illi te viduas intactam ducere nocteis,
 Et tritum nullis limen habere viris.
 Non ego, cùm veniet loculi grauioris amator,
 In famulus veritam basia nostra tuas,
 Scilicet ut ridens dicas, ignosce protertio,
 Insanit famulæ captus amore meæ.
 Hæc quicumque potest nullo perferre dolore,
 Idem Caucasus & tolerabit auis.
 Sisyphij gaudens procioluet pondera saxi,
 Tantaleæ sitiens non inhiabit aque.
 Ille premet gemitum conclusus in ære Perilli,
 Ne det mugitus machina fumificos.

ELEGIA VI.

Saucius *Algeri* læquebat aridine quondã
Moxq; necis gelida spicula sensit amans,
 Corpore in exangui restabant tela duorum:
 Hæc vulsura suum venit, & ille suum.
 Vulsit Amor nigrum scelerata cuspide ferrũ:
 Heu, quid agis, non sunt hæc tua tela Puer,
 Spicula Mors sumpsit manib⁹ radiatã furuis,
 Cessit in ærias & maiè sana vias.
 Nec mora, digressi repetũt lacrymabile munus,
 Ille suos querit, querit & illa suos.
 Missa peregrinis sparguntur vulnera neruis,
 Et manus ignoto scuit vtrinque malo.
 Irrita Mors arcus validi molimina damnat:
 Plorat Amor teneras, tam valuisse manus:
 Donec, fallaci repetito sepius ichu,
 Erroris sensit crimen vitæque sui.
 Exulabant iuvenes primas in pulvere malas,
 Oscula quas, heu, ad blãda vocabat Amor.
 Canices vernis florebat multa corollis,
 Persephone crinem vulserrat vnde sibi.
 Quid facerent, falsas procul abiecere sagittas:
 De phœetra iaculum prompsit vterq; nouũ.
 Res bona, sed virus Pueri penetravit in arcum:
 Ex illo miseris tot dedit ille neci.

ELEGIA VII

Alieno nomine, & in gratiam Confalui
 Perezij Hispani conscripta.

Si

Si qua venit summo positis in culmine rerũ,
 Illa ruina suo pondere magna venit.
 Mitius infelix accusat fata colonus
 Arida depositum si malè soluit humus,
 Quam si, maturis quæ iam flauēbat arstis,
 Succumbat pluuiis imbribus atra seges.
 Cùm rudis à primo religauit littore funem
 Nauta, necaturas lenius haurit aquas:
 Idem, permenso patriam si viderit orbe,
 Canaque nauifragiis fluctibus ora regat;
 Heu, quæ non tumida iactat conuicia linguis
 Cæruleis Nymphis, cæruleoque Patriæ
 Expertus queror, ab mendaci lusu amore,
 Non minor est illis nostra querela malis.
 Verebat formosa meas Iustina medullas,
 Digna Iouis thalamis, sed magis apta mihi.
 Candor erat, qualè Veneris flos albus habebit,
 Purpureo Bacchi si natet in latice.
 Lumina fulgebant nitidis æquanda lapillis,
 Quos niger Eoa colligit Indus aqua.
 Illorum ex acie torsit noua tela Cupido,
 Plusq; ait, hæc nostris arma furoris habent.
 Vera Deus monuit, sed enim, quia dignior illa
 Nulla fuit titulum cladis habere meæ,
 Sustinui indomitas obiecto pectore flammæ,
 Sensus & ex tanto vulnere paruus erat.
 Sic aliquis, Bacchòque animũ furiatus & ira,

IO. SECVNDI

Sumpsit ubi attonita feruidus arma manu,
 Irruit in gladios, & centum vulnera passus,
 Viribus infractis acer ab hoste redit,
 Abstergens tepidos & pro sudore cruores,
 Quam sentire qucat conspicit ante malum,
 Donec succiduo tellurem poplite quassans
 Corruit, & fuso sanguine vita fluit.
 Repit Amor sensim totos infusus in artus,
 Suscitatur ut magnos parua fauilla rogos.
 Pallorem nostri iam mirabantur amici,
 Demissosque oculos, instabilemque gradum,
 Ridentes gemitusque meos, & inania verba,
 Rorantesque nouo saepe liquore genas,
 Nec mihi luce graues aberrat neque nocte dolores
 Nec mihi grata Ceres, nec mihi Bacchus erat.
 Irrita lucebant obscuro sidera mundo,
 Cynthia obsidula nube premebat equos,
 Et sine fronde frutex, & erat sine gramine cæ-
 Et sine lucenti fons inamoenus aqua. (pus,
 Umbra leuis tantum nostro de corpore mansit,
 Inter & extinctos annumerandus eram.
 Sola suis Iustina oculis pulcherrima vitam
 Reddebat muto, lenè tuens, cineri.
 Gaudia tunc lucis que mihi nocte que ferebāt,
 Gratæ que erant Cereris munera, grata meri,
 Aurea fulgebant rutilanti sidera mundo,
 Formosus croceos Phæbus agebat equos,
Fronde

ELEG. LIB. II. 33

Fronde frutex viridi, vernabat gramine cæpus,
 Et pellucidula fons saliebat aqua.
 Hoc est infandum quodcumque vocatur amare,
 Sollicita alternis gaudia cum lacrymis.
 Nec fuit auxilio, quod mirigat omnia, tempus,
 Mutauit flammæ nec via longa meas.
 Ad fineis veni Latios, glebæque feracem,
 Vetus Tyrreni per freta Tusca maris,
 Pulsatus raucis ubi vocibus Appenninus
 Sæpe tulit questus in freta surda meos.
 Austriacos vidi populos, ubi maximus Ister
 Cantatas gemino nomine voluit aquas.
 Quam etiam Hungaricæ me conspexere ruina
 Flentem, non miseri tristia damna soli,
 Non furias hostis vicino Marte cruenti,
 Tædia difficilis nec sinuosa vitæ:
 Sed fastus Iustina tuos, ô, diuor illis
 Cautibus, æterna quas nunc tundit hyems.
 Hinc quoque Belgarum populosas vetus, ad oras,
 Vnicæ cum Nato quæ Venus arua colit,
 Centum candidulas vidi per compita formas,
 Omnis innocuis, lux mea, luminibus.
 Est aliquid seruare fidem: miserata doloris
 Reddidit Hesperie me Cytherea meæ.
 Tu quoque fidorum iam non ignara calaris,
 Cæpisti nostris victa dolere malis,
 Atque aliquid sentire meis ad sine fauillis:
E

IO. SECVNDI

Damnans longa tue tempora durtiter
 Nec mora, iū cingenda dabas formosa lacertis
 Colla dības blando murrure basiolum.
 Et quiddā haud tacitis permittēs maius ocellis,
 Linguebas sūsa per mea colla manu.
 Hora brevis poterat cōiungere molliter ambos,
 Et dare concordī gaudia plena toro.
 B. ſia nexilibus dum iungimus humida linguis,
 Dum volat huc illuc miſſa proterua manu,
 Et sine mente oculi voluūtur vtrinque ſalaces,
 Dulciūque ad Veneris ſacr. i paratur iter:
 Ecce, pedem thalami ſeralē in limine ponens
 Improba propositum Larua rupit opus.
 Det tibi, triſtis anus, inopē Cytherea ſeneſtam,
 Et ſero lacerum torreat igne iccur.
 Nec tibi contingat turpeis ſatiare furores,
 Semper at indomite more feraris equae.
 Et, quae tam ſanctos violariūt lumina amores,
 Non vnquam placida ſeſſa tegantur humo:
 Illa ſed ante rogam rabidi canis ira reucllat,
 Spargat deſertis & lacerata locis:
 Colligat illa furens, magiſq; exuſta per aras
 Carmine ſacrilego dira fatiget anni.

ELEGIA VIII.
 Ad Lectulum.

Lectule,

ELEG. LIB. II. 34

Lectule, qui domini lentū sine cōpare dulcē
 Pondus habes, nullis conſcie delictis:
 Hec, quae torpentem ſomno me ſemper inerti
 Impoſuit fulcris ſors inimica tuis?
 Dignus es, & certē mecum ſelicitior eſſes,
 Afflarat ſi me lenis, vt ante, Deus:
 Sine meo facilis penderet Iulia collo,
 Iulia ſeruoris prima fauilla mei,
 Altera ſeu mecum longas variaret in horas
 Labra columbinis roſcida baſiolis,
 Difficilis nimium, nimiumque inſida Neera,
 Nec merito numeris nobilitata meis,
 Seu quaecunq; meis verſaret in oſibus ignem,
 Digna toro facies, digna furore, meo:
 Non ego dedecori fierem tibi Lectule mollis,
 Sponda veternoſum nec tua ferret onus,
 Non Venerē malles nudo cum Marte iacentē
 Dulcia nec varij ſurta fouere Iouis.
 Nunc triſtes vna toto tabeſcimus anno,
 Inque parem ſortem te mea ſata trahunt.
 Adollis Amor, terraq; Puer, cœliq; voluptas,
 Quaeque valas concha per freta ſumma leui,
 Languida qui blandis mordetis peſtora curis,
 Vnde patens aer, vnda ſolumque vigent,
 Cur nos tam mihi cruciatis peſtore Vates,
 Aut nullo miſeros, aut in amore malo?
 Optabim, memini, cum nuper amore vacarem,

E ij

Vester in hęc animā ne foret ignis iners:
Hęc mihi q̄ multos peperit vox vna dolores:
Traditus indigne præda fui Dõminæ,
Illā tribus didicit ter eandem vendere noctem
Improba, & exclusis sola cubare tribus,
Dicere iam venias, venientem fallere, seque
Esse domi clausa dissimulare fera.
Scit bene qua iuuenis, scit qua moderatior ætas,
Et qua delirus ducitur arte senex.
Quum voluit, periura quatit singultibus ora,
Et tepido letas irrigat imbre genas.
Quicūq; munera amat, nõ psunt munera dāti,
Sed tantum longi sunt mala vincla mali.
Qui dedit, hunc veteres inter fastidit amāteis,
Qualis in euersa stat vetus æde Deus.
Qui modò dat, nimium nouus est, neq; dignus,
vt illis
Præferat hūc, iunxit quos sibi prisca fides.
Sæper habet causas cur munera poscat amātõ,
Semper habet, noctem cur dare lenta neget.
Nam modò formosus Puer est vcturus ad illā,
Ignea cui niueo fulget in ore rosa,
Leuia cui nulla sordescunt inguina pube,
Scilicet effecit quem modò prima virum,
Et modò in alterius se iurat amore perire,
Nec vacuū ad stamas pectus habere nouas,
Et modò tam nota nullum de plebe salutat,

Vs

Vt semel est neruum experta tribunitiūm.
Sæpe graue capitis causatur pallida morbum,
Sæpe noua signat religione diem.
Sæpe dolet, fictamque ruens ignescit in iram,
Baccha repentinis vt furit acta sacris.
Illicet, exhaustis loculis discedit amator,
Illicet, egregius iam subit ille Puer,
Curua labascenti frangens vestigia nixu,
Dixisset Pylus quem, puto, Nestor auum,
Vda sub hirsuta torpent cui lumina sylvæ,
Herniaque effectis pendet ab inguinibus.
Tolle tuas artes, nimium cognouimus ista:
Simplicius poteris dicere, vade foras,
Et grauis es nobis, & sunt tua munera parua,
Et nimium vera queris amare fide.
Si tamen haud fallit Phœbi cortina Poetas,
Et sacer ætheris Vatibus ardo vinest:
Sera tibi veniet fastus vindicta superbi,
Ætatis teneræ crimina flebis anus,
Cum tibi cœlatum laxis, pulcherrima, rugis
Luridus inficiet pallor anile caput,
Conductamq; trahens tremebūdo pollice lanā,
Inuolues fuso stamina longa graui:
Aspiciet lacrymas ridens Erycina senilis,
Et leuis excussa plaudet Amor pharetra,
Et iuuenes omneis, & me tua probra iuuabūt,
Lux, precor, d' fato sit prior illa meo.

E iij

IO. SECVNDI

Tunc ego candentis, Venus, o, formosa, colubæ
 Ante tuas aras viscera pura feram.
 Interea, flammis iecur hoc melioribus ure,
 Dum res, & vitæ tempora verna sinunt.
 Me recreet placidi tranquilla Cupidinis aura,
 Sit procul ex animo turbida cura meo.
 Me iocus, & risus iuuet, incertique penates,
 Me lyra, me calices, me rosa tincta mero,
 Me sine nuba dies, & me sine nocte tenebræ.
 Et sine nox tenebris, & sine dote torus,
 Rixa vacans odiis, & nullo vulnere bellum,
 Et matutino victa sopore Venus.

ELEGIA IX. Ad Somnum.

Somne, tenebrosa Necis ignauissime frater,
 Et tantum vanis dulcis imaginibus,
 Parce mee Domine natiuitatis claudere ocellos,
 Noctis promissa dum breuis hora fuit.
 Pacta mihi est, nõ, Sõne, tibi: cur improbe pennis
 Subrepens tacitis in bona nostra volas?
 Desine, si pudor est, onerare amplexibus atris,
 Membra Pyreneæ candidiora niue.
 Te sibi, deserto ducens suspiria lecto,
 Noctibus in viduis multa puella vocat.
 Te vocat eneruis coniunx formosa mariti
 Plurima, & instanti gaudia nulla negat,

Tinus

ELEG. LIB. IX

36

Tine obscura putas tua, lasciuissime furta,
 Immunis quorum nulla puella fuit?
 Parua licet matris charis indormiat vlnis,
 Et rudis, & nulli contemnerata viro,
 Te tamen experta est resolutis ægra medullis,
 Et frustra matris muta uocauit opem.
 Cuncta patet tibi, Somne, cabilia formosarum,
 Nocte breui vigilet, scilicet, vna mihi.
 Ipse negat tibi se, cubitoque innixa supino
 Erigitur, nostrum labitur inque sinum.
 Sed rursus nitidos oculos deuicta remittit,
 Fractaque anbetantem vox cadit in gemitus.
 Quid faciam mea lux, iquo te medicamine taga,
 Ut sopor iste tuo defluat ex animo?
 Nam neque subducam lapsuro brachia collo,
 Nec tibi stridenti voce molestus ero,
 Nec digitis vellam digitos tibi, nec pede duro
 Frigebo furas, marmorumque peders:
 Vda papauerco detergam lumina succo,
 Sive meis oculis, seu magis ore meo:
 Inque tuum moestus flectam suspiria nomen,
 Mussabo magicis carmina lecta sonis.
 Quæ mihi, Thessalici quoniam doctissima ritus,
 Nocte relucenti commemorabat anus,
 Cum me, custodes calcans securis taceat, et
 Virginis intactum detulit in thalamum.
 Ebryxam vigilans seruabat bellua lanam

Et liij

IO. SECVNDI

Seruabat vigilans aurea mala Draco.
 Tu quoq; fac vigiles, iuuenē complexa virentē,
 Delicias rapiat ne qua puella tuas.
 Somnus abit, sensi, leuiori pectus amatum
 Iam grauat illa mihi pondere, somnus abit.
 Iam fas est maiore sono cantare, nouumq;ue
 Mittere reclusas carmen in auriculas.
 Nondum Luna teres tetigit fastigia cæli
 Ardua, fraternis disita luminibus.
 Tu tamē ah pigro iam dudū immortua somno,
 Turpe toro pondus, me vigilante, iaces.
 Nil agimus, iam se deder securā quieti,
 Norit vbi roseum tam prociū esse diem.
 Hospitis Oceani spumosa cubilia linquit
 Phœbus, & ardenteis in iuga cogit equos.
 Sidit Atlanteas Phœbi germana sub vndas,
 Obrundunt aciem sulera victa suam,
 Terque dedit lucis signum cristata volucris,
 Tu tamen assiduo pressa sopore iaces.
 Vxorēs iaceant sic, deformēsque puella,
 Quæque parant lassis tædia fœda viris,
 Tu mecum longa ludas, licet, ô, mea, nocte,
 Et mecum longa deliciofa die,
 Inclinata sopor nunquam mea lumina soluet,
 Qui dormit, secum non habet ille suum.
 O, nunc, ô, vigiles, illud ne protinus addam,
 Quæ dormit, secum non habet illa suum.

Hoc

ELEG. LIB. II.

37

Hoc non admittes in te dulcissima crimen,
 Somnus incundis iam fluet ex oculis.
 In niueo lapsos formauit pollice crineis,
 Lumina permulsi semireclusa manu,
 Et mihi basiolum strinxit trepidante labello,
 Quæle viro in somnis nulla puella tulit.
 Iam dormisse decet, iam te formosior ipsa es,
 Mollior ex oculis iam tibi flamma venit.
 Sic, vbi nocturnos rupit Tithonia somnos,
 Purpureum flauo fundit ab ore decus,
 Sic nitet ambiguo Titan gratissimus ore,
 Cum se non totum nubibus exeruit.
 Talia per densos Myrti Latonia ramos
 Deicit in tremuli lumina fontis aquam,
 Nunc licet intonsi veniat sub imagine Phœbi
 Somnus, Atlantiadis vel gerat ora Dei,
 Exemplouē Iouis, liquido nitidissimus auro
 Diffluat, aut niueo tectus olore gemat:
 Spernet Apollineos præ me Venerilla capillos,
 Mercuriūque genus, Mercuriūque lyram,
 Excludet gremio crocæe ludibria guttæ,
 Et frustra ad thalamos dulcè queretur olor.

ELEGIA DECIMA.

De secundis nuptiis Nicolai
 Grudij fratris.

IG. SECVNDI

A Equora sulcabat picta Ven⁹ aurea cōcha
 Cui comes ardētī cū face Natus erat,
 Aliger, aligera miscens fera bella sagitta,
 Illius latē pontus ab igne calet.
 Senferunt pisces insectas a quoris undas,
 Nereidēsq; imis delitūere vadis.
 Ad magni tandem venerunt ostia Scaldis,
 Diuertit cursus quo Dea sanctū suos.
 Excipit, & Matrē senior veneratur Amorū,
 Naiades glauca concommitantur heram,
 Iamque suum Diue felix Antuerpia portum:
 Pandit, & alliciunt mœxia clara Deam.
 Quæ postq; viridi religauit ab arbore cōchant,
 Diuinum magna ponit in vrbe pedem,
 Pōnē subit Puer arcitenens, acutūque sagittas,
 Inflectitque arcus, cui Dea mater ait:
 Nunc, age, tinge Puer casto tua tela veneno,
 Formosa est Vati danda puella meo.
 Grudius, Hesperia nuper benē cognitus ora,
 Narcisi miseris dum cæteret lacrymas,
 Cæsareasque aquilas per funera mille secutus,
 Scriberet arcanis dum sacra iussa notis,
 Ad patrios rediit amissa coniuge Belgas,
 Impatiens vidui tædia ferre tori:
 Iamque etiā tædas hac ambit in vrbe iugaleit:
 Digna meo res est, digna fauore tuo.
 Ille meas dulci decantat carmine laudes,

Et

ELEG. LIB. II.

38

Et nostrum latē prorogat imperium.
 Vrbs hæc formosas nutrit cultūque puellas,
 E quibus est Vatis dignior vna toro,
 Quæ tantum reliquas formæ præcellit honore,
 A forma quantum vincitur ipsa mea.
 Dixerat, at rutilis subitō secat aëra pennis,
 Virgineūque Deus labitur in thalamum;
 Lætāque Gnosiasa depromit tela pharetra,
 Figit & in tenerum spicula casta iecur.
 Rursus & ætherias pennis sublatus in auras,
 Ad Iuuenem motis venit Amor facibus,
 Atque ait, & nostras toties experte sagittas,
 Hoc quoq; supremum nō graue vulnus habe;

ELEG. XI.

Ad Carolum Catzum.

C Arole iucūdos potuisti linq̄ere amores,
 Terribileisq; tubas, & fera bella sequit̄
 Crede mihi, non est armorum gloria tanti,
 Vt fleat villa tuas mœsta puella vias,
 Siciam sperasti vitare Cupidinis arcus,
 Martia sanguinea dum capis arma manu?
 Falleris, absenteis maior premit æbus amâtes,
 Nullūque sollicito prælia Amore vacant.
 Deseruit chari nunquā Venus ignea Martē,
 Nec times in castris accubuisse Deo.

IO. SECVNDI

*Cæsareas acies in primis Diua tuetur,
Aeneæq; genus, progeniemque suam.
Tu licet extremos properes bellator ad Indos,
Ad latus vsque tuum callidus ibit Amor,
Induet & galeam, surâsque includet in ere,
Et sparget tenera tela cruenta manu.
Difficile est pugnare Deo, quo longius ibis,
Erronem tanto durius vret Amor.
Inq; acie media, dum fulgurat ægide Mauros,
Occurret domina tristis imago tibi,
Tum pugne oblitus, Martémq; exosus acerbû,
Malles in molli bella mouere toro.
Ab, pereat duros primùm qui protulit ensis,
Ille fuit ferro durior ipse suo.
Ille autem scelere ante alios immanior omncis,
Tormenti inuenit qui genus arte noua
Infandum, horrèdum, dirû tremuère quod ipse
Eumenides, & rex horruit ipse Erebi.
Quâ ruit, occumbunt vrbes, syluæq; tremiscût,
Turbatique sonat regia vasta maris.
Non sic irata iaculatur fulmina dextra,
Nec tonitru cælum Iuppiter omne quatit.
Excuit ingentis immani pondere moleis,
Inuoluens fumo nigricolore diem.
Quid falso innocuû tonitru Salmoëa damnas
Iupiter iste tuo fulmine dignus erat.
At tibi dent fama clarum, spoliisq; superbû,
Ad*

ELEG. LIB. III.

39

*Ad patrios Superi posse redire laevis.
Vt vota Deum suspendas munera templis,
Armâq; , & ereptas hostibus exuias.*

IOANNIS SE-

CYNDI HAGIENSIS

Elegiarum Liber
Tertius.

ELEGIA PRIMA.



*Arminibus potuit torrē-
tia sstere quondam
Flumina, & arrectas
sæpe tendere feras,
Carminibus rigidas po-
tuit deducere quercus
Orpheus, & celeres*

continuisse Notos.

*Carminibus durum potuit mollire Charontē,
Adplicuit ripe protinus ille ratem.
Carminibus potuit, qui seruat, peruigil atra
Limina, tergeminum, perdomnisse Cancem,*

I. O. SECUNDI

Carminibus mulcère Hecatè, mulcère Sorores,
 Sistere & anguineæ sibi dura comæ.
 Carminibus potuit crudelem flectere regem,
 Tristiaque inferni solvere iura fori.
 Carminibus tandem victa iura, petenti
 Euridicen Vati restituere suam.
 Sed non carminibus potuit renocare relapsam,
 Nec rata tartarei fallere pacta Dei.
 At, bene si cautus, quod carmine secerat antè,
 Muneribus stygiis sollicitasset anus,
 Munera Plutoni, Radamantho dona dedisset,
 Sensisset facileis in suo vota Deos:
 Irrita lex fuerat, fuerat mox reddita coniurx,
 Et fuerat rursùm lex data nulli viro.
 Orpheu, quid? tantùm tua carmina posse putabas,
 Vt non credideris munera posse magis?
 Iupiter ad Danaën nõ carmina inania misit,
 Misi in optatos aurea dona sinus.
 Illa, leueis fuerat que reieçtura Camœnas,
 Caput inauratum læta fouere Deum.
 Carmina, formosis olim haud ingrata puellis,
 Tam pridem vacuum nil nisi nomen habet.
 Munera sola beant, sola addit munera formæ,
 Munere sollicites Pallada, Cypris erit.
 Carminibus falsos, Vates, meditaberis amores,
 Cantans ad surdas carmina vana foreis:
 Muneribus dulcèis mercabitur intus amores
 Barbarus,

ELEG. LIB. III.

40

Barbarus, & ludet teq; tuosq; sonos.
 Munera fecissent cunctos ex ordine sponfos
 Participes thalami Penelopæa tui,
 Sed non dona dabant, vel, si tibi dona dederint,
 Falsa tunc fertur fama pudicitie.

ELEGIA II.

Ad Carolum. V. Romanorum Imper.
 P. F. A.

Carole qui solus patuli simul omnia
 mundi
 Inuicti poteras regna tenere manu,
 Ni, fortuna fauens, sibi non voluisset abesse,
 Quò posset charum sepe beare caput:
 Hoc quod adest signum, venit à sculptore Poëta:
 Concedes veniam si minus artis habet.
 Ex vna Herculeas spectabis parte columnas
 Stare procelloso, quæ tua signa, mari,
 Pars tenet Angulum felicior altera vultum:
 Hunc quid defixis ipse stapes oculis?
 An quid in hoc subito venerandū, læne, decorū,
 Et, quod plebeium non queat esse, vides?
 Scilicet, ista tui est, mitissime Caesar, imago
 Oris, at, heu, digiti quam poliere rudes.
 Lysippi manibus fuit hæc formanda, vel illis,

IO. SECVNDI

Pallada quæ præcis, & posuere Iouem.
 Tunc poterat vultus inter lucere decorum,
 Inuidiosa Deis, inuidiosa Ioui.
 Nunc, mea cum fecit manus hanc temeraria,
 quanta
 Maiestas operi, gratia quanta perit!
 Illa tamen poterit, qualis sit cumq̃, remotis
 Testari populis de pietate tua,
 Atq̃; tuis præstare fidem per secula gestis,
 Inter & historias, Cæsar, habere locum:
 Qualis enim quisq̃; est, qualis fuit, indicat oris
 Forma, gerit certas peccatoris illa notas.
 Arguet æternum crudelia facta Neronis
 Ex sulco quod adhuc ære numisma manet.
 Illud habet dextram cognata cæde madentem,
 Signaque materni sanguinis illud habet,
 Urbis opes domine flagrantis igne nefando,
 Totque necatorum corpora trunca patrum:
 Sic, vultus si secla tuos venientia cernent,
 Et pietas illis, & tua nota fides,
 Relligioque, & mens obseruantissima insti,
 Nulla licet de te charta loquatur, erit.

ELEGIA TERTIA.

In libellos Catulli Tibulli &
 Propertij,

Inte-

ELEG. LIB. III.

41

I Nemerata vides lingue monimenta Latine,
 Delicias dominae laetitiasque togæ.
 Scilicet, hic omne est, colles audire Quirint
 Molle, vel argutum quod potuere prius.
 Hic & Pompeia spatiaris serus in vmbra,
 Sibiq; tuos oculos multa puella venit
 Laxa comam, religata comâ, distincta capillis,
 Culta, nigris oculis, crine decora nigro,
 Inter quas prima procedit Lesbia pompa,
 Passeris interitu nunc quoq; mæsta sui,
 Totq; tibi blando promittit basia vultu,
 Lenis amatori quot dedit antè suo.
 Proxima progreditur lasciuo Delia passu,
 Felicem Nemesis quam prope radit humi.
 Fortunatæ ambæ, quarum sacra fama virebit,
 Pectora dum vatum paruus aduret Amor.
 Cynthia deinde, potens oculis iaculâibus igne,
 Subsequitur Coa mobilis in tunica.
 Hæc domuit fortem, tactumq; Cupidine nullo,
 Et fastus spoliū celsi tuentis habet.
 Tu quoq; qui cernes, caue ne la daris ab ille,
 Spirat adhuc flammæ, & sua tela gerit.

ELEGIA IIII.

Ad Ioannem Dantiscum, Episcopum
 & Poëtam.

F

IO. SECVNDI

Regis honos venerande pij, cui dulce sonantium

Baphitis argutis tinnit in auriculis,
Cuius temporibus & laurus & insula certant,
Hæc premat vt sacras, & premat illa comas,
Sit tibi vita diu, nec te Dantisce malignis.
Inuoluat tenebris illa nec illa dies.
Inuiolata tuos extendat fama labores,
Atq; alia, atque alia in secula serpat anus.
Fragmina qui pius & cineres legis extinctorū,
Corpora de tumulis & rediuiua vocas.
Per te Mercurium Scaldis post fata canentem
Audiet, attonitas & renocabit aquas.
Per te Mercurium noscet, notūque loquetur,
Queq; riget cano pallida turba gelu,
Queq; trahit nigrum vicino sole colorem,
Queq; poli tepida sub regione iacet.
Vtuo diu, præsul venerande, & viuæ suauē;
Inque leuem statum cum tenuatus eris,
Ipse tibi Phoenix iterate tempora vitæ.
Produc, magnanima mente, canore

ELEGIA V.

In reditum Erasmi Roterodami ad
Belgas, sed falsò nunciatum.

Ad

ELEG. LIB. III.

42

AD patrios sineis venit grandævus Erasmus,

Venit Amor recti, venit & ipsa Fides,
Venerunt Charites, & iuncta Sordibus octo
Floribus instravit Calliopæa viam.
Dicite, quæ primum sacro pede contigit aruam?
Perpetuo lauros illa hederasque ferant.
Dicite, quo primum clausit vestigia vallo?
Semper honoratus sit locus ille mihi.
Siue viam terris carpsit, seu flumine curuo.
Vexit adoratum cymba beata senem,
Et nullo intacte ledantur vomere terræ,
Et semper nitido gurgite flumen eat,
Sole nec arefcat, gelidæ neque sidere brumæ
Aspera concretas vngula pulset aquas,
O, tanti quæ terra viri cunabula seruas,
Debita Diis magnis cum prece ihura refer:
Et pete, qui venit, vestris ne cedat ab oris,
Ad cæli donec sidera serus eat:
Vt, cumis quæ læta sacris per secla superlis,
Accedat titulis nobilitis vrna tuis,
Ad quæ longinquus toties lacrymabitur hospes,
Inspargens tenera clara sepulchra rosas
Et dicet, felix quæ talem terra tulisti:
Tu mihi vel magno non minor es Latio.

ELEGIA VI.

De Vere.

F 4

IO. SECVNDI

EN modò, post imbreisq; vagos, gelidâsque
 pruinas,
 Permutat sedeis aspera bruma suas,
 Tâmq; nouo Antipodû pstringit frigore gēteis,
 Et vehitur Borea per noua regna graui.
 Interea niueis aduentant tempora pennis,
 Illa quibus veniunt dulcia nulla magis,
 Tempora quæ Veris nomen sortita beati,
 Iure sibi primum promeruere locum.
 Iam libet vmbrosa recubare sub arbore lentâ
 Rauca vbi perpetuis vnda susurrat aquis,
 Et canere auriti stupeant quæ carmina Fauni,
 Carmina declucis quæ remorentur aquas:
 Aut tumidos magni versus recitare Maronis,
 Carmina Pindarici vel numerosa senis.
 Vel legere infestas qui Cæsaris intonat iras,
 Et deslet Magni colla resecta sui:
 Cernere vel teneris quæ det præcepta puellis,
 Quæq; viris, media dignus in vbe mori,
 Quæ Puerò molli voluit Venus esse magistrum
 Naso, Tomitana non tumulandus humo.
 Vel quæ lasciuî dat Musa iocosa Catulli,
 Dicere vel numeros culte Tibulle tuos,
 Aut audire suos recinentem molliter igneis,
 Versibus à cuius Cynthia nomen habet:
 Et quoscunq; alios Musæ docuere canoræ
 Dicere quod mentis anxietate lenet.

Iam

ELEG. LIB. III.

43

Iam libet et curuos inflectere viribus arcus,
 Certaq; in oppositum figere tela scopum.
 Iam campis errare libet florentibus, et per
 Acris incertas spargere tela vias.
 In noua iam niuei mittuntur pascua tauri,
 Lanigeri saliant per noua prata greges.
 Nocturnumq; gelu iam matutinus Apollo
 Ridet et in liquidas omne resoluit aquas.
 Iamque focum agricolæ fumosaque tecta re-
 linquunt,
 Rusticâq; in tepido gramine turba iacet.
 Arboribus miti Zephyrus iam flamine reddidit
 Præripuit Boreas quas violētus opes.
 Et modò quæ iacuit rigidis obducta pruinis
 Terra, nimis vultu conspicienda sero,
 Iam vario herbarum et florû depicta colore,
 Vicinum latè complet odore locum.
 Iam tremulus multo qui sedit tempore, passor,
 Gaudet deliciis incubuisse nouis.
 Iamque reuecta suis rostrata ciconia ventis,
 Hospitis antiqui culmina nota petit.
 Desertosque lareis peregrina reuisit hyrundo,
 Prima tepescentis aduehit illa dies.
 Quæq; diu gelidæ siluit per tempora brumæ,
 Integrat dulcis iam Philomela modos.
 Et tu thurne loquax cunctas imitate volucris,
 Vno q̄ varios reddis ab ore sonos!

E iij

I. O. SECUNDI

Denique tã placidis passim aspirantibus auris,
 Assumunt habitus cuncta reuocata nouos.
 Nimirum talis tenui spirare susurro
 Semper in Elysiis creditur aura locis.
 O fortunatos tali sub tempore terras!
 Tempore quo nullum letius annus habet,
 Si non, quisquis erat, quondã voluisset iniquus,
 Gaudia tam magnis hæc temerare malis.
 Nomen enim factumque nocens utcunq; ta-
 cebo,

Dum modò deuoto carmina dira canam,
 Carmina quæ sæuis det præmia cõsona factis,
 Quæ moueant magnos, ter repetita, Deos.
 Dij facite, Elysiis procul vt distractus ab aruis,
 Incolat æternos tristia regna dies.
 Atque illic siccamq; siccã ferat vsque, fumẽq;
 Et capiat sortem Tantale prisce tuam,
 Tũque satur sedeat, poma ille fugacia capret,
 Et capret liquidus, nec potiatatur, aquas.
 Aut epulis potiùs multis ante ora paratis,
 Non ausit vetitas vel tetigisse dapes.
 Cui mox illa simul Furiarum prima recumbẽs
 Surgat, & vlticem tendat in ora facem.
 Tandem Erysiichthonia rabie compulsus edendi,
 Dilaceret mancis si queat ipse suos,
 Sic tamẽ, vt nequeat sibi mortẽ inferre secũdã,
 Nec finem tantis imposuisse malis.

At

ELEG. LIB. III.

42

At nos interea picti florentia veris
 Tempora gaudentes transiisse inuēt.

ELEGIA VII.

AD HIERONYMVVM MON-
 tium Mediolanensem pro acce-
 ptis ab eo Epitaphiis ac
 Elegiis quibusdam.

Fessus erã, & sensi grauioris tædia curæ,
 Obtulit ante oculos se Dea bina meos:
 Altera, lugubrẽ prætẽdens mœsta cupressum,
 & alpebat memores in caua busta notas:
 Altera fragrabat myrti genialis odore.
 Sancta Venus, quãto clauda decore fuit!
 Vtrãque visa mihi priùs, vtrãque culta libeter
 Et fuerant requies pectoris vnã mei.
 Rorãtis sed enim species diuina capilli
 Diffusiq; sinus, purpureæque genæ,
 Penè mihi abstulerant vultus discrimina noti,
 Tũ subito talcis reddidit vnã sonos,
 Imparibus tibi nota modis Elegia pridem
 Ebria cum caneres lumina mollis heræ,
 Quæque tuas curas, & quæ tua gaudia noui,
 Adsum, ait, ornatu ne mouere nouo.
 Virginibus Latinis crencis ita voluere mos est,

F iij

IO. SECVNDI

Illis & tenuis aura mouet tunicas,
 Illis & tereteis distinguit purpura malar,
 Multus & arguto gutture spirat odor:
 Adsumus Italia, taleis nos terra remittit
 Aurca, que nobis patria sola manet.
 Que cineres mutos Vatum venerata priorum,
 Quos sonit gremio Dædala Roma suo,
 Parturit vsque nouos, & iura tuetur auita:
 Qualis erat, cæli qui peragravit iter,
 Mobilium decreta canens immota rotarum
 Pontanus, cuius laudibus aura sonat.
 Pontanus, puerum docui quem prima sonare
 Alitis Italij vincula, tela, faccis.
 Qualeis Strozigenæ laus, & duo sidera gētis,
 Ille decus nostri, vel decus ille cbori.
 Ille pharetrati, vel fama Cupidinis ille,
 Quorum per populos nomina iuncta volant.
 Quid referat Grata genitum de stirpe Marullij,
 Aptantem Latius Dorica sacra modis?
 Quid Bembij magnique Vidæ quid nomen
 & Albi
 Et quorum titulos nulla recondet humus?
 Alciatumq; memum? patriis qui tractus ab oris,
 Alteriusque Deæ sacra verenda colens,
 Non tamen illarum vestigia mouit ab hortis,
 Nascentem placidis que rapuere oculis,
 Qui docta cum gente sua, facit, vt sit & ista
 Vrbs

ELEG. LIB. III. 45

Vrbs Beturix nostra non aliena via.
 Talia dicebat, vel talia dicere visa est,
 Mouit inaequaleis & Dea Leta pedes.
 Cumque sorore sua murmur modulata canoræ
 Fugit, & ambrosio sparsit odore locum.
 At mihi subsluit grauibus mens eruta curis,
 Visus & ex illo purior ire dies.

ELEG. VIII.

DE PACE CAMERACI
 facta, inter Carolum Imperato-
 rem & Franciscum Galliar
 Regem, Anno 1529.

EN rata magnanimo cum Cesare fœdera
 Gallo,
 En per fœmineas fœdera pacta manus.
 Dicite, iō, iuuenes. & iō, bis dicite cani,
 Et pellat curas fœmina virque graueis.
 I prociil obscuras Mars serree Ditis ad vmbra,
 Aufer & hinc furias seditiose tuas.
 Te Bellona ferox, teq; hinc Discordia demens
 Proripe, & accensis Ira superba genis.
 Prodit ab astrifero, tandem optatissima cælo,
 Laureola placidas Pax redimita comas:
 Altera caruleæ ramum prætendit oliuæ,

I O. SECVNDI

Effundit fruges altera larga manus.
Sunt comites, superos quæ quondam Astrææ
petiuit,

Impia sanguinei bella perosa Dei,
Quamq; licet iuste germanam dicere Diuæ,
(Ab nimis arcani prodiga Diua sui)

Incorrupta Fides, niuea circumdata palla:

Et vos Pierij turba nouena chori:

Quas inter medius radianti vertice Phœbus

Increpat argute fila canora Lyre.

Hos procul à tergo gressu titubante secutus,

Mercurio cœcus cum duce, Plutus adest.

Quæ Puer, Idaliæ speculans è vertice montis,

Plaudit Amor pennis, & sua tela nouat:

Desuetâsq; nouo vireis explorat in arca,

Ipsa nouâ pharetram cui ligat alma parës.

Ergo, age, Pauperies cūctorum causa malorū,

Quæ patrare iubet omnia, quæq; pati,

Et suades mala cuncta Fames, spinosq; Cura,

Luctusq; et tenebris Mors sera cœta nigris,

Ite per extremas gentes, atque ite per vndas,

Nulla vbi, q̄ rabidus, sint loca trita, feris.

At vos in falceis gladij nunc ite recuruas,

Atque aciem in stans vertite frugis opes.

Quiq; prius rigidas clypeus decusserat hastas,

Nunc habilis paleas ventilet ille leuicis.

Et modo quæ pressit fugientia lancea terga

Scindat

ELEG. LIB. III. 46

Scindat frugiferam vomer aduncus humum.

Vos qui bella prius, lucentes ætate virentes,

Gessistis cruda sanguinolenta manu,

Pro dura galea, roseis ornate corollis

Tempora, proq; tubis sumite plectrâ manu.

Bellâque lascivis nocturna mouete puellis,

Figite & optato vulnere grata loco.

Signentur memori felicia tempora versu,

Tempora solenneis inter habenda dies.

Lvx simvl ac felix avgvsti qvinta re-

fvit

Prodit & popvlis pax bona lōga tvlit.

ELEG. IX. IN MOR-

bo Andree Alciati.

Sic est, humane legem transcendere sortis
Fata vetant omnes, cœliuzq; rote.
Consortemq; pati diuinum gens inuida nō vult,
Atque viros gemina deicit arte polo,
Debilib⁹ morbis, & morbis morte propinqua:
Cui Nox & suscitatus Sopor ante genas.
Alciatus læguer quid nunc iuuat omnia scire,
Et summa populos ire per & maria?
Febris in angusto quem versat pallida lecto.
Diuis sacrum Musis lædere parce caput:
Tunc ego te dicam posuisse cubilia cœlo,

IO. SECVNDI

*Semper ubi niueo somita lacte fluit,
Non Stygiis inter furias in valle profunda
Degere, quã Bello stat domus, atque Fami.
Et tibi votiuas persoluã carmine laudes:
Tu modò de sancto limine tolle pedem.
Sic tibi, nec macies, ne sit tibi pallor in ore,
Siccãque profusa labra rigeris aqua.*

ELEG. X.

Hei mihi, curarum cur me tam lenta fa-
tigant
Pondera? mensque suo victa dolore iacet?
An ne, & extremas fato propellor in oras,
Aurea quã flauis splendet arena Tagi,
Visurus populos quos Sol vicinus adurit,
Dum parat occiduas amne lauare rotas?
At qui tunc alacer soleo uegetisq; videri,
Esset in aspectu cum via longa meo.
Libera nec curis vnq; magis ocia duco,
Quã cum dura premo terga fugacis equi.
Nec mihi formosis iniecit vincla lacertis,
Pendet & à collo nulla puella meo,
Que mihi blanditias & verba minãtia dicat,
Omniãque in nostrum tristitia fingat iter,
Que mihi cum lacrymis conuitia fundat eunti,
Asperet & magnos in mea damna Deos,
Talis

ELEG. LIB. III. 47

*Talis nulla meis infelix cura medullis,
Et tamen, heu, quãtus pectora lægnoꝝ habet!
Dij, nostri tutela, Larcis & numina ripæ,
Quam curiuus flaua Delus inundat aqua,
Tug; Geni, tu sancte Geni prænobilis vrbis,
O, quã cera meos accipiat cineres!
Irrita sunt, precor, hæc animi præsagia mœsti,
Vestra tepeſcenti per freta summa Noto:
Et mihi quas doleã natas exponite causses,
Ne tuba venturi sit dolor iste mali.
Sic ego: muscoso genitor sic Delus ab antro,
Intextus placidas fronde fluente comas,
Quot pisces vada nostra colunt, quot grami-
na ripis
Mollia nexilibus luxuriant foliis,
Tot tibi sunt cauisse, Iuuenis, ne quere, doloris.
Ab nimis in curas ingeniose tuas.
Sacram vrberem Veneri, Phœbõque, Patrique
Lyæo
Linguis, & ignotum curris in exilium,
Vt videas alio populos à sidere tostos,
Et repetas votis multa relicta tuis,
Suspires matremque piã, fratresq; suauis,
Et lo ngẽ ante alios dulcem de fratribus vnum,
Pars sine quo vite non iit vlla tue.
Adde tot vnanimi iunctos tibi corde sodales,*

IO: SECVNDI

Adde & honoratos tot tibi iure viros,
 Quos inter primo Crancuclidius ordine, pro te
 Votis æternos sollicitat Superos.
 Proximus insequitur patrio Mulardus amore,
 Antiquaque colens teque tuosque fide.
 Hæc igitur linques, & te mirare dolentem?
 Cûrque iniussa tuo lumine gutta cadat?
 Desine venturis macrorem ascribere satis,
 Par esse instanti non valet ille malo.
 Dixerat, & cum voce caput depressit in vnda,
 Raraque turbata signa reliquit aque.
 Omine quo gaudens, sensi miscere curas,
 Et mutata nouus venit in ora color.
 At vos iucundi, charissima turba, sodales,
 Mens quibus à nobis non aliena fuit,
 Quiq; meos lusus, & qui mea serua nosti,
 Cultor Apollinei Petre iocose chori,
 Moribus & niueis cultissime Carole, quorum
 Arguet immemoræ me neque summa dies
 Viuite felices, dum me tenet vltima tellus,
 Viuite seu viuam, viuite seu moriar.

ELEG. XI.

Aragonum montes, excoctaque gypsa
 calore,
 Aruaque nec Baccho cognita nec Cereri,
 Nil-

ELEG. LIB. III.

48

Nullus vbi, trepidantis aque confinia circum,
 Frigerat humidulo gramine cespes humum,
 Aura vbi Phœbeas contra flans irrita flamma
 Ipsa calet, motas conduplicatq; faceis,
 Rara comis vbi luxuriat frondentibus arbor,
 Rara stat artifice marmore sulca domus:
 Sed miser excisis in rupibus incola viuit,
 Et crescit toto nil nisi spina solo,
 Et pauca ficus, & non hinc grata Mineræ
 Auida linenti languet oliua coma.
 Quando erit, vt vestris liber de finibus, arua
 Et tua slaua Ceres, & tua Bacche petam?
 Multus vbi trepidantis aque confinia circum
 Frigerat humidulo gramine cespes humum?
 Aura vbi Phœbeas mitissima tēperat igneis
 Demulcens flabris aëra frigidulis?
 Densa comis vbi luxuriat frondentibus arbor?
 Multa stat artifice marmore sulca domus?
 Tunc ego procumbēs myrti genialis in vmbra,
 Calculus argutas quâ strepit inter aquas,
 Carmen Diua tibi gratus Fortuna dicabo,
 Quod trahat agricolas ad loca blanda Deos.

ELEGIA XII.

In Cæsaream Augustam
 urbem Arragoniæ,

IO. SECVNDI

Nobile ab Augusto nomen cui Cesare
mansit

Vrbs vetus, Heroū quā possidere manus,
En tibi victricis vndarum porrigit vndas
Maximus Hesperias inter Iberus aquas.
Te Dominam veneratur, & hæc tua mœnia
semper

Stare iubet ripa, dum fluet ipse, sua.
Limina rigificis surgunt tibi mille columnis,
Nubilaq; æriis turribus alta quatis.
Te blandis, te molliculis Cytheræa puellis
En beat, Augusto proq; nepote colit.
Hei mihi, cur nutris pullas lacrymosa cu-
pressus?

Grata magis Phæbo non satis arbor erat?
Serta dures vt leta tuo victricia regi,
Qui tibi Barbarico victor ab hoste redit,
Rex idem, Cæsarq;ue idem, mitissimis idem,
Qualis ab Augusti non fuit imperio?

ELEG. XIII.

IN REVERENDISSIMVM
Cardinalem Toletanum iter fa-
cientem Compostellam.

CApripedes Satyri, quibus est tutela vi-
rorum

Longa

ELEG. LIB. III.

49

Longa per externos quos via iactat agros,
Facundo soboles non irficienda parenti,
Cui micat in flauis aurea penna comis,
Seu nemus argutiū, seu vos iuga mōtis adorāt,
Sive susurriferis flumen arundinibus,
Dicite, nū vestras equitatum duxit in vmbra,
• Nū sacer ad vestras constitit hospes aquas?
Ille cui Latio circum velata galero
Candescunt leni tempora canicie,
Qui regit æquatis Hispanum legibus orbem,
• Ocia pacatis festa parans populis,
Præsule quo celsi spirat nunc ara Toleti
Suauius, & fumo dexteriore calet?
Vos iterum Satyri, mixti leuibus Satyriscis,
Et nemorum, Satyris præda cupita, Dea,
Ipsum ego si quondam, per verna crepuscula, vidi
Pana Deum, sociis vnicus è pueris,
Cum teneri patriis discursarem in hortis,
Cypridis ad Lucum qua viret flaga mea,
Sedulus & seras inflaret quisque cicutas,
Et quateret parua tympana parua manu,
Si puerum primo afflastis me numine Vatis,
Vt canerem syluas, flumina, gramen, aucis,
Vosque mea capiti gestamina prima dedistis,
• Gratiore lauro tunc mihi pinus erat,
Dicite, quo vultu? quoniam fuit ille color?
• Ardore capiti num nocere sacro?

G

IO. SECVNDI

Quid rabiosa Canis, Nemeique ira Leonis
 Nubila quæ radis opposuere suis?
 Cynthius insano furiatum sidere currum
 Carmine quo domuit quæue liquoris ope?
 Ardente ne globum liquidi tulit orbita lactis?
 Fluctus an excelsi stellifer Eridani?
 Qui dominû montes? quæ sunt arbuta secuta?
 Adblandita leuis quæ fuit aura Seni,
 Vnius à facie fumosum pulueris imbrem
 Discutiens vdis roscida flaminibus?
 Quæque cateruatim volucres mulsere vagatæ,
 Surgeret Eoo lux vbi flaua toro?
 Quotque locis fontem venienti vena reclusit,
 Quam prius in tenebris parca premebat hu-
 mus?
 Quos cecinere modos? quas ductauere choreas,
 Obuia fontanas numina propter aquas?
 Hæc ego vidissem, vestigia letus adorans
 Mius Heri magne pars quotacûque domus.
 Narrassem cupidis & multa reuersus amicis,
 Et testata meis plura forent numeris,
 Importuna meis ni febris in ostibus hærens,
 Vinxisset tristi compe de vota mea,
 Tecum magne tamè Princeps securus abissem:
 Semideum comites, non grauat ira Deum.

E L E.

ELEG. LIB. III.

50

ELEG. XIII.

Ad Ioannem Stratum.

QVod tam præcipiti rapitur mihi Stratus
 aura,
 Et tantum visam deserit Hesperian?
 Barbara num Tellus gentique aliena Latine
 Facundum Ausonio non capit ore virum?
 Quid fugis, ab demens, mediis Aquilonibus anni,
 Omnis cû glacie mortua torpet aqua?
 Flumina nõ metuis niuibus crescentia? quæque
 Sparsa Pyreneis nix iacet alta iugis?
 Nonne times gelidû Capricorni sidere cælum?
 Quasque puer largas Phryx modo fidet aquas?
 Nymphæ quæ Tag, et magnæ veneratur Iberus,
 Quas Cynga, & Sicoris ripa vetusta colit,
 Cogite torrentis laxis de fontibus amneis,
 Quadrupedè præceps quâ feret ille gradû,
 Perplexis Driades fugitiuum inducite sylus,
 Nescius vt reperat, quâ fugiebat, iter.
 Equæ hederæ nexis religatum brachia nodis
 Erronem, nostris sistite liminibus.
 Sed cur dilecti remoramur vota sodalis,
 Quem vocat ad patrios Belgica terra lares?
 Pro cuius reditu moriens Antonia curis
 Sollicitat multis numina cum lacrymis,

G 4

IO. SECVNDI

Precipue, hortorum custos membrose virentiu,
 Suspendit peni grandia ferta tuo,
 Ne quid ab Hispani sua mentula laesa puellie,
 Aridiior redeat languidiiorue domum:
 Hæc, tot culta procis quot Penelopè adamabàs
 Vnum conquiritur tristis abesse tamen,
 Sub cuius tunica quiddam nervosus esse
 Credit, quale nihil grex popularis habet.
 Ergo felici cursu patriamque, domumque,
 Et Dominam, & Domina basia blàda pete.
 Mox ad Sarmatiæ proceres, gentèque virilem,
 Quam penes est vnam prisca tenaxq; fides,
 Gorcanumque tuu contendas, alite fausto,
 Maximus ille armis, maximus ille toga,
 Cuius & Hesperias migravit fama per oras:
 O, quanta est virtus buccina lausque sibi?
 Et quantum est coluisse viros, quoru ore diserto
 Sæpe patet virtus, quæ latitura fuit!
 Quorum de Borea vox exauditur ad Austru,
 Transit & Eoas, occiduâsque domos,
 Ignaudque rogo & tenebris nigrâti Auerni
 Eductit celebres in noua secla viros!
 Sic quoq; Gorcanus (nã q; hoc te teste meretur)
 Sine meo vineet munere, siue tuo.
 Huc pete, nã te iã desiderat, & tibi pridem
 Dolia quadrimo seruat onusta mero.
 Iam nõ te stupida teneant Aquilonibus aure,
 Sidus

ELEG. LIB. III. 51

Sidus & hyberni sit tibi mite Capri,
 Dardanius clausas urnas compefcat ephæbus,
 Pacatumque tibi reddat & ipse Iouem.
 Non tibi, non obstant fusi de montibus amnes,
 Nec Dryadum amplexu te liget vlla soror,
 Ast ego seruabo vultus referentia charos,
 Nata sub articulis viuida signa meis,
 In quibus eximio spirabit Status ore,
 Artis Phidiacæ dum remanebit honos.
 Ille mihi varia fingetur sæpe figura:
 Nam modò candebit marmore de Pario,
 Et modò flauēbit specioso diues in auro,
 Sæpe oculos pascet cerea forma meos,
 Et iam Sarmatica, patria iam veste nitebit,
 Et iam Romane clarus honore togæ,
 Et laurus frõte modò vestiet, & modò myrtus,
 Et modò cærulea pallade cinctus erit.
 Sic ego me vultu solans absentis amici,
 Implebo sanctæ munus amicitie,
 Donec te nobis felicior hora reducet,
 Vel tibi reddemur candidiore die.

ELEGIA XV.

In Historiam de rebus à Theseo gestis,
 duorumque riualiu certamine, Galli-
 cis numeris ab Illustri quadã matro-
 na suauissimè conscriptam.

IO. SECVNDI

A Vsa sacram tentare lyram prius vnica
Sappho,

Prima viris fastum tollere digna fuit,
Inter laurigeras sedem sortita Sorores,
Lucida Pegasçi quæ fluit vnda pedis.
Et tamen illa leueis tantum cantauit amores,
Femine.e tenerum debilitatis opus.

At modo quæ nata est seclis labentibus orbi,

Cyprida cum domino bellipotente canit,

Inter Francigenas prænobilis Heroïnas,

Quam læget, & Latias Gallia discet opes,

Et quæcunque latent Argiuis tectis ruinis,

Quodque Dei miseros tela volucris agant,

Fortuna quæ viceis, & ineluctabile fatum,

Scissâque veloci stamina pulla manu

Victoris iuuenis, qui vxore potitus amata,

Iuit ad infernas non satiatus aquas,

Et sui deuicta concessit iura sodali,

In quem sanguineas strinxerat ante manus:

At tu quæ patria tam molliter omnia lingua

Hæc canis, eternum docta per ora volu,

Et quoniam tellus quoque te tenet immaturæ,

Nec data sunt longæ laurea certa come,

In iunulo saltem Phœbi tibi germinet arbor,

Cuius in vmbrosis stans Philomela comis,

Dû lacrymatur Ilym, longis arguta querclis,

Te quoque, cum charo iuuere, sæpe gemat.

ELE

ELEG. LIB. III.

52

ELEGIA XVI.

Ad Hieronymum Sunitam Cæsar-
Augustanum Poëtam.

VNica nata meis requies Hieronymæ ci-
ris

Qui facis Hespericæ iâ mihi dulco solum,

Cuius in auriculis argutis Iulia gaudet

Laudatos tenera voce sonare modos.

Cuiq; mea ante alios non dedignata Neera est

Humida adhuc labris basia ferre meis.

Quæ te cunque mihi lux obtulit, optime rerû,

Inter solenneis hæc mihi semper erit.

Hæc mihi cum Maij celebretur sæpe calendis,

Credo equidem, chari mensis & ipsa fuit.

Sed quæcunque fuit, mihi te donauit amicum,

Quo mihi non alius charior antè fuit.

Tu mihi labentis solito breuioribus horis

Ire iubes Phœbo candidiore dies.

Quam iuuat antiquos pariter cantare Poëtas

Magna quibus veteres Roma tuetur opes

Cuique pio Aëxæ Laurentè querere Tybrim,

Securos, Turno quam paret ille necem.

Aut legere infestis qui Cæsaris intonat iras,

Et deflet Magni colla rescèta ducis.

Quin & Claudiani doctas enolluere chartas,

Hic Reges etiam, nec minus arma canit.

G iij

IO. SECVNDI

Et raptam Siculo Cereris de littore natam,
 Quam nunc & Manes, & Stygis vnda colit.
 Dein Vatis varias per sylvas Parthenopæi
 Ire Amphionia mania in alta lyre,
 Et fera Thebanos armare in prælia fratres,
 Et procul è tuto bella videre loco.
 Mox bello fessas in blanda reducere Musas
 Ocia, Pegasei quæ fluit vnda pedis.
 Adsunt, & dominas p̄ odora vireta sequitur
 Lesbique, & Tyrios culta Corinna sinus,
 Deliaque et Nemesis, tortoque superba capillo
 Primus amor Latij Cynthia Callimachi.
 Quam multa interea subeunt iucunda relatu!
 Vnã mihi tecum quot parit vna iocos!
 Seu varios hominũ mores ridemus, & arteis,
 Seu Complutensis Grammatici cerebrum.
 Dij mihi dent tecũ, iuuenis lectissimẽ, longũ
 Degere, & insulsos ludere Grammaticos.

ELEG. XVII.

DE STATVIS ET SEPVL-
 chris in Templo Urbis. S. Dionysij
 spectandis prope Lutetiam.

Proxima Parrhysie iacet Vrbs Dionysia
 valli,

Herouus

ELEG. LIB. III. 53

Heroum tumulis relligiosa virũm.
 Hic monumenta tenent longæuis inclitya saxis
 Nomina, que nuper Franca timebat humus.
 Sub quorum titulis bellum subière tot vrbes,
 Ad quorum nutus tot voluère mori.
 Et dispersa iacent, fluidoque natantia tabo
 Copora, purpurco que iacuerẽ toro,
 Aurum quæ toties pede calcauerẽ superbo,
 Iamque viatorem marmore clausa rogant,
 Regaleis precibus iuuet vt popularibus vmbra
 Depressosque pia voce lenet cineres.
 Hæc rerum series & lex variabilis eui est:
 Cuncta alit, vt rapiat cuncta maligna dies.
 Sepe tamen fati raptum solatur acerbum
 Litera in antiquis garrula marmoribus,
 Effigiesque virũm saxo seruata vel ære,
 Quæ viuat longos, post sua fata, dies,
 Multaque venturis de se non muta loquatur,
 Ablata speciem mentis in ore gerens.
 Feliceis arteis rabiẽm quæ vincitis Orci,
 Atque aliquid fati demitis imperio:
 Vos ego sepe meis, vos versibus exornabo,
 Et dicam Aoniis cantibus esse pareis.
 Raptus ad Elysiã annis iuuenilibus auras
 Carolus, hic molli spirat in ære tamen,
 Longa senescentis visurus secula mundi,
 Cui sua lugubri carmine gesta canet,

IO. SECVNDI

Britonas vt fortis victrici fuderit hasta;
 Ausus in hostilibus se glomerare manus:
 Vtique trahēs gelidas idē sua signa per Alpeis,
 Terror concussisse venerit Ausonia,
 Multaque quae vultus docet in viuēte metallo,
 Pugnacem referens cum pietate manum,
 Artis opus tantae superat sublime sepulchrum
 Marmore de Pario quod Lodouicus habet,
 Hic quem supremum sepeliuit Gallia regem,
 Expertum dominae sortis viramque vicem.
 Hoc vbi conspexi, stupui, et primaeua vetustas
 Visa suas artis est reuocare mihi,
 Phidiasque manus mecum meditabar, equosque
 Spirantis longum colle Quirinae tuo,
 Quisq; diu artificē Romam decorauit, et altis
 Aurea porticibus carmina Phoebus hiat:
 Troianūq; senem, quē nūc quoque Palladis ira
 Anguibus implicitum, post sua fata, necat.
 Cedite Pyramides, et pendula Mausolea,
 Dicebam, et quicquid Graecia vidit opum.
 Quattuor extremos seruabant numina finis:
 Et quibus, infraeta mente manūque valens
 Nervorum reliquas vincit compage Sorores,
 Diua potens fati vincere sola viceis,
 Et conferre manum Sorti violenter vtrique,
 Neq; pmat haec animū, neu leuet illa, caueō.
 Stabat Diua sagax, terrisque tenebat, et astra,

Docta

ELEG. LIB. III. 54

Docta Deos, homines, instabilemque rotam;
 Omnia quae Phoebus per longa volumina vidit
 Arduus, in longa conspiciētque via.
 Stabat et infrenis animi quae temperat aestus,
 Contemprix flammæ Diua Cupidineae,
 Palluit, et Lympha, credo, quae diluit vnas,
 Plenāque virgineae simplicitatis erat.
 Iūcta chorū sancti claudebat quarta, Senatus,
 Insta bonis librans praemia, iusta malis,
 Illa quidem, caelum prius ausa relinquere nunq;
 Marmoris in duro cortice tuta latet.
 At circum stans cinxere minoribus vnam
 Priuata culti religione Dei
 Nostra quibus pietas aras, et templa dicunt:
 Quod bene pro Domino non reuere mori.
 Planciam verò praestantia regis obibant
 Gestu, Dei durum bellipotentis opus,
 Arte nitens mira, quali Vulcania donat
 Lumina Dardani detinere Ducis.
 Parte alia trepidae fugiunt sine lege catenae,
 Parte alia densos curritur in gladios.
 Hic torquata trahunt seruileis colla catenas,
 Hic rapitur moestas funus in exequias.
 Deiciunt alibi telorum nubila nimbor,
 Et cadit ex ipso mors numerosa polo.
 Candida diffusas stillantia marmora guttas,
 Tot flent irriguis saepe necis lacrymas.

IO. SECVNDI

Vertice sublimi, genibus subnixus utrisque,
 Ora gerens, senio ternueranda graui,
 Ipse suos cineres, Rex despiciebat in urna,
 Visus ad astantes dicere, Talis eram:
 Excipere meos miserantia marmora vultus,
 Scilicet, hanc prædam surripuere solo,
 Sensus abest, animâque carent spirantia saxa,
 Eripere hanc prædam non voluere polo,
 At consors Regina tori, consorsque sepulchri,
 Nunc quoque blanditias dicere visa seni,
 Coniugis à læua paulùm distracta sedebat,
 Si liceat, propius progreditura, reor.
 Inuide quid libuit diuellere sculptor amantem?
 Quantum erat, vt sineres oscula ferre viro?
 In medio monumèti, humilem sortita cauernâ
 Amborum lato corpora fusa iacent.
 Et tumuli quæ viua vident in vertice saxa,
 Arida iam morti succubuere sua.
 Pendet laxa cutis, latebris clauduntur opacis
 Lumina, rarefcit triste capillitium,
 Exileis nareis, tenuatâque crura, manisque,
 Quicquid est in vitam Mors cariôsa potest,
 Cõtulit in saxum, rigida manus æmula Morti,
 Fictique stant vno Vitaque Morsq; loco.
 Scilicet, hoc certè in simulacro integra superbit,
 Arsque peregrino non eget auxilio.
 Expallet marmor, Mors hûc petit ægra colorè,
 Conticet,

ELEG. LIB. III.

55

Conticet, ex animis dedidicere loqui.
 Marmora felici multùm debentia cælo,
 Marmora iam vitæ reddita, iamque neci,
 Qua vos nata manu, sic nos eludere dicam,
 Sensibus vt credam vix satum ipse meis?
 Nimirum digiti vos expolière Latini,
 Talia Barbarica non potuere manus.
 Viuite dum Cnydiæ simulacrû fama Diones
 Praxitelis rarum sera loquatur opus.

ELEG. XVIII.

Ad Ioannem Ottingerum Germanum Poëtam.

Sic ne meas etiâ colis Ottingere Camænar,
 Carminis vt partem te iuuet esse meâ
 Et si fortè suo iactat se Iulia Vate,
 Tinnitum muta quæ dedit vna fidi,
 Non dubitas nostris elegis committere nomen,
 Carmine quod meruit nobiliore cani.
 Scilicet hoc Vatis, quem protulit Hæstia, magni
 Musa per Heroos enebat alia pedes.
 Hoc Logus, hoc cantet qui non bene nomen ab
 vrsa
 Velius arguto carmine notus habet,
 Nos, vt consuemus numero ludamus inertè

IO. SECVNDI

Sæpe pharetrati delicias Pueri.
 Cantemûsq; genas Domine, cantemus ocellor,
 Labrà que purpureis inuidiosa rosis,
 Queque Deos possunt incendere mollia verba,
 Multàque qua precium dulce laboris habet.
 Non tamen interea possum reticescere Diuæ
 In me sinceri tot benefacta viri,
 Dicta sed hæc vobis cupio vulgare per auras,
 Ne taleis animos nesciat vlla dies.
 Ille suas nuper peregrinum duxit in ædeis,
 Pocula spumantis apposuitque meri,
 Miscuit & Latio Lenæi munera Phœbo,
 Carminis exhilarans corda lepore noui,
 Doctus Tentonico quod misit ab orbe Sabinus
 Dulce fluens, tenerum, mobile, mollè sonans,
 Pro quibus officis vbi me nil reddere cernit,
 Abstinet officiis non tamen ille nouis.
 Quin & Erasmiacæ carmen quoque lenæ se-
 noctæ
 Exhibuit, Flaccus quale sonare solet,
 Quale sua natum cupiât & in vrbe Quirites,
 Quale canit tremulo guttore blandus olor,
 Quorū me semper memorè fore dicite Musæ,
 Sicut prememur humi, sicut prememur humo.

IOAN-

56
 IOANNIS SECVNDI
 HAGIENSIS FVNERVM
 Liber vnus.

In Obitum Clarissimi viri Nicolai Ene-
 rardi Middelburgi Patris Pien-
 tissimi Querela.

Licet inuenit vox interclu-
 sa meatum,
 Exiguamque viam per tot
 suspiria duxit,
 Et cœdensatæ rupérūt clau-
 stra querela
 Pectoris angusti: nunc, dum
 licet, ite per auras

Clamoresque graues, & sæminæ singultus,
 Sublimisque meo pulsetur regia questu,
 Agnoscantque summi fatalia sidera crimen,
 Palleat et Phœbus, nigrescat & ignea crimen,
 Stellæque nulla vago lucè diffundat Olympo,
 Nox tenebris incincta caput nigrantibus adsit,
 Mors tenebris, longæq; oculos immersa sopore,
 Quicquid et obseruat nigra limina flebilis Or-
 ante meos oculos pallentia proferat ora. (cæ-
 Aspiciam, cunctos hadicerna nocte dolentes,

Aspiciam nullos ridenteis luce sequenti,
 Non leuis occurrat, sponse placiturus amatae
 Purpureus iuuenis, nec compra puella marito,
 Omnibus in vicis mihi se pullata catervis
 Offerat, infelici humeros onerata pheretro.
 Quos circum, nigra frontem velata cupressu
 Funereas plebs tota facies per compita quasset.
 Huc veniant lacrymae, Niobe quibus obruta
 mater,

Nō abstergebas tulli in noua marmora guttas,
 Huc veniant gemitus, gelidus quos audiit olim
 Haemus, & indoluit vidui bis sorte mariti.
 Quosq; graueis planctus, per & aethera fudit
 & aequor

Coniugis agnosces, ab, non sic expectati,
 Pallidulum cano quassatum gurgite corpus,
 Flebilis Alcione, plumis tectura dolore.
 Et quoscūque sonos, infelicissima Progne,
 Vel dedit, audita crudeli morte Sororis,
 Vel cum tam miserē superesse videbat eandem.
 Et quicquid Priam⁹ lacrymauerat Hectore fuso,
 Et quicquid Priamo caeso, Priameia coniunx:
 Prorinat huc, geminēq; meo de vulnere vixit.
 Quaeq; meis lacrymis nōdū maduere sepulchra
 Chara sepulchra, sepulchra patris maestissima
 chari,

Nec nostras habuere rosas, nec olentia ferta,
 Has

Has voces, has accipiant de gente remota
 Luctifonas voces, quas & Nabatheius Eurus,
 Frigida flabra mouens orientis conscia Solis,
 Audiat, & Zephyrus declini Sole tepescens,
 Quaeq; iacet Phœbi tellus ignota quadrigae,
 Suspiranteque meis longinque fletibus aura,
 Haec pater infelix, haec subsidentibus annis
 Praemia debebas operose sumere vitae?
 Fas erat, emensis agitati fluctibus aui
 Tranquillo in portu corpus componere fessum,
 Et letam positis curis euoluere vitam,
 Quae nūc vecta procul Lethaeas nuda p vnda,
 Ingemit humani molimina vana laboris.
 Forsitan atq; animas, si quas redeuntibus annis
 Fata iubent iterum superas euadere ad auras,
 Consuetoque nouum moderari flamine corpus,
 Admonet, vt curis nunquā innectatur amaris,
 Scira neq; extendant in longā vota senectam.
 Tūne igitur loca pallida, tu squallentia regna,
 Ignauique nigrum Cocyti litus oberras?
 Nec virtus tua, chara pater, tibi profuit vni?
 Nec pietas? insitque amor incōcussus & aequi?
 Quin iter obscurum satis vrgentibus, ires,
 Et natis miseris & multum stente marita,
 Et populo indignante, & suspirante Senatus?
 Nos pietate tua studilsq; fidelibus orbi,
 Tædia deserte traheremur in aspera vitae?

IO. SECVNDI

Qualiter implumes celsa super arbore pulli
 Amissum trepidante parentem voce requirunt:
 Quem, diu pauca suis pro pullis grana legebat,
 Agricole rigidi telum confixit in herba,
 Flent illi, tenuisque sono loca frondea complent,
 Si quæ expectatum videant renouare parètem.
 Felices illi, quia nunquam certa videbunt
 Signa necis patriæ, nos cogimur omnia scire,
 Et nobis homines, & nobis muta papyrus,
 Et nocturna malum funestum somnia narrant.
 Si tamen est aliquid quod de tellure se pulvis
 Fertur, & antiqui non fingunt omnia Vates,
 Innocuæque animæ mundo meliore fruuntur
 Colle sub Elyso, vel si quid amœnius illo est,
 Inter odoratas Lauros, ad flumina sancta,
 Sole sub ambiguo, traducis in ocia letos
 Lenta dies, neq; nocte vnq; neq; nube tegēdos.
 Et quocunque moues gressus, tibi totus cuncti
 Assurgit latè populus, tibi magnus eunti
 In comas Elysiæ redimitus tempora quercus
 Iustus Aristides, teque in loca deuia ducit
 Manibus ignorata nouis, vbi florida tellus
 Felices Zephyros meliori aspirat odore,
 Flumina quæ liquidi septem flauentia mellis
 Et totidem niuei labuntur flumina lactis
 Luxuriantis opus Naturæ, vbi porticus arcu
 Innumero frondens trunco dependet ab vno

Ordi-

FVNERVM. LIB. 58

Ordinibus paribus, media consurgit in vmbra
 Arbor Tenaria speciem mentita columnæ,
 Sūma operis pulchri: terramq; cacumine pūgit
 Implicato, annectitque comam radicibus imis
 Dissisus latè per opaci iugera campi,
 Et circum Labyrinthos curuatur in orbis,
 Floribus & variis, & pomo multicolore,
 Et virideis ramos plumis distincta volucrum,
 Mulcentum liquidis purā concentibus auram,
 Illic Heroës, proles inuicta Deorum,
 Et qui magnanimæ Virtutis castra secuti,
 Heroum per facta alacres inere, Deūmque,
 Frondosis tecti cameris spaciuntur, & arteis
 Exercent, vite memores in secula præca:
 Et veteres renouant curas, veteresque labores,
 Curarum immunes, onerosorumque laborum.
 Obuius ingredienti omnis ruit agmine longo
 Cætus, & antiquis socium te Manibus addunt,
 Manibus antiquis, qui ius coluere, fidemque,
 Tunc cum sola sibi merces pulcherrima Virtus
 Esset, & utilitas nunquam certasset honesto.
 Cūmq; Solone suo te Græcia, cūmq; Lycurgo,
 Cūq; Numa veteri Latii veneratur, et Anco.
 Quid tamen hæc profunt? (quāuis tamē hæc
 quoque profunt
 Et lacrymis nostris cursum tua gaudia sistunt)
 Si nunquam posthac te te pater aspiciemus,

II ij

IO. SECVNDI

*Visuri in gelido tantum tua nomina saxo,
 Cum nos ad patrios fortuna reduxerit agros,
 Ingratos agros, vbi te, charissime rerum,
 Cernere non liceat, vbi magni mēbra parentis
 Occulit exigua tellus iniusta caucerna,
 Mater vbi longo tabescit faucia luctu,
 Turgentis que oculos in flumina salsa resoluit,
 Fum. anticis in aquas nix vt nocturna residit,
 Cynthius afflauit quam sidere matutino:
 Frater vbi, & scissis mæret germana capillis,
 Vtdaque frigidulis singultibus ora fatigant.
 At si fata sinent tamen ibimus, ibimus illuc,
 Cernemusq; lareis, quib⁹, hen, quib⁹ optim⁹ ille
 Extreme moriens submitit lumina nocti:
 Visemus tumulū, & tumulo sua dona feremus,
 Tercentum tepidas thuris pro munere guttas,
 Tercentum gemitus, tercentum tristia verba,
 Pro violisq; rosisq; & puluere suavis amomi,
 Et sanctā magna ter voce vocabimus vmbra.
 Illa sacros lucos, & fortunata vireta
 Diuitis Elysi, tunc læta libensque relinquet,
 Et penās allapsa peret pernicibus vrnas
 Ipsa suam, ridensque sui ludibria busti,
 Pauca aspirabit leni mibi verba susurro,
 Demulcens curasque meas, & tædia luctus
 Longa superuacui, placidāq; ita voce loquetur:
 Nate, mee nuper lenimen dulce senectæ,*

Et

FVNER. LIB.

59

*Et nuper mea cura, & nunc mea cura, beati
 Si curare tamen possunt mortalia Manes,
 Quid mibi tot lacrymæ? non has mea funera
 poscunt,
 Poscunt illorum quorum Mors omnia finit,
 Vixi, & nascenti dederant, quā longa Sorores
 Stamina, maturo deuoluit pollice Clothō.
 Ipse meos annos, vita sine labe peregi,
 Exiguumque mei tellus obscura recondit,
 Cætera tam parua non compefcuntur in vrnas:
 Pars sed in æthereas sedes natalia regna
 Cessit, pars Fame niuea plaudentibus alis
 Ingenti vehitur ventura in secla triumpho.
 Quodq; magis vario vita est mibi ducta labore,
 Hoc magis elucet fatis exercita virtus,
 Namque vbi (fabor enim, si sic tua fortè le-
 uentur
 Vulnere) post primos æui iuuenilis honores,
 Principis iniuncti dono pars vna Senatus
 Ipse forem magni, cuius sub legibus olim
 Antiquæ Belgarum vrbes, populiq; potentes
 Submissi, iustumq; colunt, æquumq; tuentur,
 Continuo Batanas Præses dimittor ad vrbes
 Effrenis populos, qui tunc vix vlla tenebant
 Fœdera iustitiæ, sed vi, sed cæde cruenta,
 In commune malum contempta lege ruebant,
 Mutua ciuili miscentes vulnere bello.*

H ij

IO. SECVNDI

Que malis non illic, que non discrimina senti,
 Improbam dñi meditor confingere facta potentū
 Nobilium, innocuosque homines arcere rapinat
 Sed fretus iustisque Deis, & Principe iusto,
 Fraudibus obsessum, atq; minis, gladiisque ne-
 fandis,

Obnixus perrupi iter, Astra. e. que potentis
 Signa per obstantis acies interritū duxi.
 Armatumque domans sacratis legibus hostē,
 Ocia paulatim populis tranquilla paravi:
 Iamque mali tanti vestigia rara manebant,
 Et iam bis novies Sol circumvoluerat axem,
 Ex quo cepissem Bataue moderamina gentis,
 Cum me supremo Cæsar dignatus honore,
 Mandavit rebus magni superesse Senatus
 Macclina in clara, sinuoso ubi gurgite Delus
 Fert flans opulentis aquas, æquatq; cælo
 Tempusq; Dinorū, procerūq; pulatū surgūt,
 Mœniisque hostili nunq̄ calcata tumultu.
 Illic, in magno dominatu, mitia letis
 Iura dedi populis (sunt hæc tibi cognita nate)
 Semper in obtutu mentem defixus honesti:
 Nō amor hanc, non hanc odiū, nō gratia flexit,
 Non metus, & domitrix regina pecunia rerū.
 Sape videns reiecta alto sua munera vultu,
 Attonitum nostro retulit de limine gressum,
 Indoluitq; nocēs, quod nō minus integer essem,

Sic

FVNER. LIB. 60

Sic ego cum fidus Domino consultor, & idem
 Litibus implicitis iudex æquissimus essem,
 Pauca mihi aggesi male suada pondera gaze:
 Quod tamen aggesi, multo preciosius istis,
 Innocuam famam vobis, nomēq; relinquo
 Quod non vna terat reuolutis solibus ætas.
 Vivate felices, & nostras ite per arteis,
 Naturæque datum consumite legibus æuum.
 Tēpus erit, cum vos ater quoq; puluis habebit,
 Vestræque cum nostris calcabunt ossa nepotes
 Immemores, & de tam multis rara superstes
 Litera nominibus trita euanesceat in vrna.
 Interea speciem nostri tamen orbis habebit
 In vobis (neque enim mea me præfagia fallunt,
 Nec monitus ventosa meos discerpserit aura)
 Quod si vos etiam tenuis fortuna sequetur,
 Præmiaque accedent laudato parca labori,
 Sic etiam simileis non sit pudor esse parenti,
 Magnarum ne forsitan opum tam dira cupido
 In diuersa trabat sensim vestigia vite
 Ignaros, & dum similes non esse parenti
 Vna in re cupitis, similes non sitis in vlla.

IN MORTEM
 Mercurii à Gattinaria Caro-
 li. V. Imp. magni
 Cancellarij.

H iij

Mercurius moritur, quid? Maia naturam
ille,

Dignus qui Maia, qui Ioue partus erat,
Quem sibi vult socium terrenus Iupiter olim,
Siue pareret pacem, seu graue Martis opus?
Scilicet, ille iacet, quid non fata improba ten-
tant?

Hic mihi, numinibus Mors quoq; dira venit.
Iam tibi fatalem prædico, Iupiter, horam,

Qua fratris venias hospes ad antra tui.

Tu quoq; migranti vinctus nouus aliena regno,
Phœbe Poëtarum Pieridumq; decus,

Primus inassueta pinges albedine regnum,

Quod maestum tenebris nox inamœna tegit.
Magna cohors Diuum, tumulos, urnasque
parate,

Improba salcisfera Mors petit astra manus.

MERCVRINVS

ad Viatorem.

Disce sequi fati, quicumque tenentia nostri
Nescio quid cineris marmora dura
vides.

Disce sequi rectum, quicumq; loquacia saxa
Ferre vides laudes per sœta longa meas.

MAR-

MARGARETAE,
Maximiliani Cæsaris filię Epitaphium.

Cæsaribus proavis, & Cæsare clara
Nepote,

Margareta Austriaci sata semine Maximi-
liani,

Illa ego quæ mihi rexi moderamine Belgas,
Et per femineas percusso, fœdere dextras
Discordis populos tranquilla pace beaui,
Hic fato depressa cubo, tellusq; tenebit
Nescio quid nostro de corpore pulueris attri.
Lustra decem vitæ Lachesis vix neuerat, & mox
Stamina Parca feroc fatalia rupit, iterq;
Ire per obscurum nulli remeabile iussit.
At vos plebeio geniti de sanguine, quando
Ferreæ nec nobis didicerunt fata, nec ullis
Parcere nominibus, patientius ite sub vmbra.

IN EANDEM

morientem.

Ergo nigra dies, & adest quoque flebilis
hora

Fœmina dia tibi? nec mors diademata curat?

Ergo longa quies tibi iam properatur, & istæ
Lumina perpetuis claudet nox vna tenebris?

IO. SECVNDI

*Nec pietas, nec sancta fides, nec nobile stemma,
Belgica nec Diuas tellus miseranda movebit
Scilicet hoc fuerit tumide monuere quodvnde,
Et terre lacrymas suggererit Amphitrite.
Illa orbanda sua rectrice, orbanda paren'e,
Iam nunc in riguos meditatatur abire liquores,
Parce piis lacrymis, tellus, & parce querelis,
Nec mutari opta, quod stat fatalibus olim
Ignibus impressum, nullis reuocabile votis.*

EPITAPHIVM

Puellæ Castæ.

Mille procos habuit, contempsit mille
Lycoris,
Pacta fides vni ne violata foret.
Vni fida viro cantetur mille Poëtis,
Viuat & in canis inclyta marmoribus.

IN OBITVM DOCTISSIMI

viri Iacobi Volcardi Bergensis
Nænia.

ERgône Volcardus tenuis quoq; cessit ad
vmbra

Adue-

FVNER. LIB.

62

*Aduena Lethæum flebilis ad fluiuium?
Regna is Persephones vidit lugubria furuæ?
Et rabiosa Canis guttura tergemini?
Flectere nec potuit tetricas galeata Sorores
Diua, secatrices vel cohibere manus?
Infernisq; piū Vatem prohibere tenebris,
Lentaq; sub seram dicere fata diem?
Talia debuerat sancto dare premia mystæ,
Vertice de patrio quam saluisse ferunt.
Debuerat Vati medicus succurrere Phæbus,
Si quid habent herbe, carmina si quid
opis.
At non cura Deos hominū vlla remordet, &
vnam
Iustus & iniustus cogitur ire viam.
Et perßamus adhuc prece, thure, bidentibus,
auro
Non audituros sollicitare Deos?
Nempe iacet raptus primis Iacobus in annis:
Heu, noua Belgariū gloria nempe iacet,
Et iam de sacro quid tandem corpore restat?
Ossa, cinis, puluis, nomen inane, nihil.
Scilicet omne suos repetit, repetetq; recursus,
Et gaudent reditu singula quæ que suo.
Terra tulit cunctos, cunctos quoque terra re-
soluit,
Aduat & in cinerem quod cinis ante fuit,*

IO. SECVNDE

Nec iuuat in longas vitam traducere curas,
 Pectore celestis & penetrare domos,
 Venturumq; loqui, cantu pollere, vel herbis,
 Artibus, heu, nullis Mors remorata venit.
 Illa manet seruos, ditcis manet illa Tyrannos,
 Illa manet pueros, & manet illa Senes.
 Ergo, age, qui legis hæc, fati cape iura superbi,
 Teque para tumulo, mox moriture, pari.
 At tu Musarum formator prime mearum
 Vine, vale, tellus molliter ossa tegat.
 Nos, quæ sola manet pallêteis munera mancis
 Quos semel inferna Nauita vexit aqua,
 Carmina sculpem? memori lôgeua sepulchro,
 Quæ tua de Stygia nomina valle trahant,
 Carmina flebilibus lugubre sonantia chordis,
 Carmina lôginquus quæ legat, & lacrymet.

EIVSDEM EPITAPHIVM.

Hospes, qui calcas loca tristia defunctorum,
 Siste gradû, cineres hic Iacobus habet,
 Aspera quem fata, & nostro nimis inuidis
 feclo
 Non sunt maturos passa videre dies.
 Volcardo cognomen erat, primordia vite
 Berga dedit, quo stas, nunc habet ossa, locus.
 Quidqd Roma docet, q̄quid docuissis Athenæ
 Nouerit,

FVNER. LIB.

83

Nouerat, obsecrum non minùs iuit iter.
 Illius ad tumulum Nymphæ Parnassides vdas
 Effundant lacrymas, Pallas & ipsa gemat.
 Illius ad tumulum succrescat Apollinis arbor,
 Mixtæque cum violis lilia, cumque rosis.

Iacobi Platpâis Morini, Musici
 Imperatoris Caroli. V.

EPITAPHIVM.

CVisors innocuo frustra quæsiuerat hoste,
 Armauit socias in mea fata manus.
 Perfidus incauto ferrum dimisit in armos,
 Labentem solis destituitque locis.
 Sanguine rorantes cædem lacrymantur oliuæ,
 Sub quibus expirans vltima verba dedi.
 Et mea turmatim gemuerunt fata volucres,
 Hæc fuit vna meæ conscia turba necis,
 Flete pie volucres: & nos quoque stenuimus
 vmbas,
 Claraque sunt cantu multa sicella meo.
 Infantem tellus Morinùm nutriuit amœna:
 Arragonum mentes sunt mihi pro tumulo.
 Cæsaris ante focus solennia sacri peregi,
 Quam peterem moriens non fuit ara mihi.
 Carulcos sparsi fumos ante ora Deorum,

IO. SECVNDI

Sanguine Styx latè nunc rubet atra mto.
Tu quicumque cupis meliori occumbere fato,
Suspectum Fidei nobile nomen habe.

IN OBITVM

Ioanæ Fontanæ Bicuricensis Matronæ
Clariss. Nænia: Ipsa loquitur.

MVneribus quos terra suis dulcissima nu-
trit

Hæc legite (ô, quorum de grege nuper erã)
Quæ muti cineres alieno dicimus ore,
Et semel humana discite lege mori.

Fidite nec formæ, nec opes numerate, nec annos:
Omnibus his poteram vincere, victi cado.

Nec si longa graues circundant atria cera,
Nec si multa pia victima casa manu est,
Nec si plura sacras fragrârunt thura per aras,
Nec, si arteis vobis mille dedere Dei,

Linguaq; contigerit, quæ possit flectere Ditem,
Credite lanificas fallere posse Deas.

Talia si possent rigidas mallire Sorores,
Nunc quoque qua terimur, contrereremus
humum,

Nô parvū in gelido gereremus marmore nomē,
Nomine cum veteri quam malè conueniens!

Nomen

FVNER. LIB.

64

Nomē quod toties lacrymis gemituq; sequetur

Coniugis orbatu, nūc quoq; magnus amor.

Vnde prius risus carpebat & omnia leta,

Melle quod Hyblæo dulcius antè fuit,

Hei mihi, quem video lōgo rauescere questu,

Tondentem gemina pectora mæsta manu,

Horrentem impexisq; comis, & vestibus atris,

Manantem lacrymis infatiabilibus?

O dulcis coniunx, sunt hæc rata iura, Deorum:

Omnibus ad Mæneis vna eademq; via est.

Ante tuos obitus sibi me Libitina sacravit,

Hoc est, quod Superos sepe precata fui.

Mæ tibi spes raptamq; gaude posuisse dolores.

Clade cita perijsum cruciata minis,

Non ego tergemini Canis indignantia rostra

Vidi, non oculos terruit Hydra meos.

Mænia non hic sunt triplici circumdata muro,

Flammæti Phlegeton quæ ruber ambit aqua.

Saxa, rota, scopuli, fugientia flumina, vultur,

Tale nihil noxter mitior orbis habet.

Blanda quies habitat, & longis ozia festis,

Et Pax Palladia fronte reuincta caput.

Hinc curas hominum tot despectamus inanes,

Et mixta alternis gaudia falsa malis.

Hinc tumuli ridere mei ludibria possem,

Ille foret vestra ni pietatis opus.

Tu facis obscura ne putrescamus in vna,

IO. SECVNDI

Inscribens querulis clara sepulchra notis,
 Quæ tam concordis longæ testantia flammæ,
 Diffundant titulos in noua secla meos.
 Pro quibus officiis, longam tibi numina vitam,
 Et vacuam curis dent, vacuamque metu.
 Ne teneræ soboli geminent tua funera luctum,
 Quorum onus in patrio nunc iacet omne sinu,
 At vbi fera dies fatalem vexerit horam,
 Quæ soluat vinclis te quoque corporeis:
 Letus in Elysia mecum spaciabere ripa,
 Quæ lauri vitreas lucus inumbrat aquas.

Eiusdem Ioannæ Fontanæ

EPITAPHIVM.

Hospes, Ioannæ hoc Fontanæ habet ossa
 sepulchrum,
 Hanc Venus, & Iuno flent, simul &
 Charites,
 Matronale decus Iuno, Venus aurea formam,
 Illius extinctam flent Charites charitem.
 Nobilitatem, & opes ab origine duxit auita,
 Virtutem variam mens generosa dedit.
 Splendida de puro gestabat nomina fonte,
 Qui puto Pægasæ de pede sudit aquam.
 Pectora crystallo pellucidiora gerebat,

Nonerat

FVNER. LIB. 65

Nonerat & quicquid Franca pœsis habet.
 Docta melos, digitis, liquido seu fundere cætu,
 Quale canit dulci gutture serus olor.
 Non ignara iocos, & non ignara choreas,
 Docta loqui blandum, sed magè docta fidem,
 Moribus his visa est dignissima coniuge, cuius
 Sæpe tulit facilem regia charta manum.
 Nupta cui primo viridantis flore sub aui,
 Enixa est socij pignora quinq; tori.
 Cum quo communi partita est omnia fato,
 Forsitan & cuperet nunc quoq; flere simul,
 Mitius vt ferret diuisos ille dolores,
 Inconsolandos qui modo dat gemitus.
 At vos mortales, quorum non læserat vllum,
 Ferte rosas illi, quæ rosa nuper erat.

Hieronymi Morefini Mediolanæ.
 Bicurigibus in lacum vnà cum
 equo, cui insidebat.
 demersi,

EPITAPHIVM.

Hæc Morefinus habet cineres Hierony-
 mus vna,
 Mœnia qui voluit dum peregrina sequi,
 Nomen vt acciperet à vulgi nomine dispar,

I

IO. SECVNDI

*Ausonidum dulci de regione prociū.
Morsit in obstacna iuuenilia vota palude,
Perq; necarices ad Styga nauit aquas.
At tu qui transis vmbre iace verba silenti,
Qualia vis cineri sera venire tuo.*

FORMOSI IUVENIS
Hedui Caroli. V. Imp. Pocillatoris
Epitaphium.

M *Armorea iuuenē facie, croccoq; capillo
Miscntem nostro pocula casta Ioui,
Iupiter aetherias cur inuide tollis in arceis?
Quod Puer Iliacus, non erit iste tibi.
Vtba tuum, melius nunquam, Saturnia crimen,
Formosum thalamis inferet ipsa suis.*

EPITAPHIVM
Petri Euerardi Monachi, Fattis
optimi.

N *obilis & legū titulis & Præsida patre,
Molliter exactis vite viriditibus annis
Aestas occiduum dum seruida tangeret annū,
Patrus ego hęc iacco, non me plorate sepultū.
Tunc plerandus eram, cum me vis inuida sortis
Lugubri iuuenem fato, quo lenius hoc est,
Inuoluit,*

FVNER. LIB. 66

*Inuoluit, claroque viam præclusit honori,
Venimus ad metā, (lacrymis hæc dicit e vestris
O, quicumq; meo lugetis funere mæsti.)
Nascenti leges quam præfixere Deorum.
Viuite felices, nec me duxisse dolete
Tempus in hoc vitam, quod pertrāsire negarat
Fatorum series, cæliq; volubilis ordo.*

EPITAPHIVM
Faustini cuiusdam.

F *eruētī Veneris Faustinus ab igne perustus
Hic iacet, & recto stillatēis exceipit vndas,
Quæ vel inextinctas sedent post funera flāmas.
Tu quicumque pareis sensisti fortē fauillas
Hosbes, & ista legis, dic molliter ossa quiescāt,
Nullaq; sentiscant onerosæ pondera terre.*

EPITAPHIVM
Michaëlis cuiusdam Senis
ab se ficti.

Q *uem cernis, numerosa vnus de plebe
Michaël
Extremo in vico pueros elementa docebam,
Insuper ædilis complureis peruigil annos
Sacram Christi paræ seruabam virginis ædem,
Ignoram ignotus duxi sine crimine vitam:*

IO. SECVNDI.

Dum propè tricenos ageret ter Cynthius orbem
 Ignotus moriturus eram, sed noluit illud
 Quisquis erat plastes, nostri studiosus opinor,
 Qui vultus formam rari miratus, & ausus
 Tentare ignotam digitis reuidentibus artem,
 Os, oculos, frontem, nasum, rugasq; senileis,
 Assuetosq; habitus, argilla duxit ab vda,
 Atq; hinc spectandum seculo posuit venturo,
 Exemplum viridis, bene portat, eq; senectæ.
 At tu qui transis, dic saltem, molliter huius
 Ossa cubent, nullaq; graui tellure premantur.

EPITAPHIVM

Menclai cuiusdam.

INter opus medium lasciuia morte solutus,
 Hic situs est, & in it Menclaus humis.
 Qui blandæ Veneri vitæ sacrauerat annos,
 Haud aliter vitam ponere dignus erat.

EPITAPHIVM

Hentici Duystij Delphen.

HVnc tumuli gnati charo posuere pariti,
 Pro patriis curis, pro daki munere lucis,
 Lugebreisq; notas tristi inscripsere sepulcro.

Hoc

FVNER. LIB.

67

Hoc tumulo Hæricus seruat sua Duystius ossa,
 Nilum flent quicumque colit iustumq; piunq;
 Delphica præcipue tellus, primordia vitæ
 Quæ dedit, officiumq; experta est cuius abudè.
 Sed longè ante alios illum deplorat egena
 Turba hominum, illius nutriti largiter ære.
 Vuentum namque is iuxta vitæq; sequentum
 Prospiciens hominū, quos indiga fata morantur
 Corpora multa suis opibus per secula pauit.
 Illum igitur Rex cælicolūm, pro talibus actis,
 Felicem vocet ad nitidi templa ardua cæli:
 Pax vbi læta habitat nullis obnoxia curis.

EPITAPHIVM

Clarissimæ Matronæ Franciscæ ab
 Haro Vxoris Maximiliani
 Transsylvani.

HOc saxo Francisca tegor, quæ stemma-
 tis Hari
 Coiugio felix Maxmiliane tuo
 Transsylvane fui, potui cui nupta placere.
 Quis fuerit genitor quævis? Iberus erat.
 Belga fuit genitrix, lustris vix quinque peractis
 Egit in ignotas me fera Parca vias,

I ij

IO. SECVNDI
A LIVD.

HEus, Hospes, heus, qui negligēter prateris
(Sortis memor fortasē non satis tua)
Loca hæc sopori destinata mortuūm,
Sta, donec hic quæ dormiat cognoueris.
Francisca claris clarior parentibus,
Virtute, castitate, moribus probis,
Bonisq; quæ verè beant clarissima,
Romam cui suæ parem dederat Venus,
Terra sub ista nescio quid pulueris
Hæbet vetusti, & obsoleti & putridi.
Heu fata seuis sciuora tygribus,
Num sic decebat, obsecro vos, vt prius
Quam se videret viuere, & lustrum satis
Quintum peregisset, nigramem regiam
Proserpine subiret intractabilis,
Illa illa longis digna seclis viuere?
Et nunc maritus heu misellus in toro
Vacuo gemens, lugensq; , & incusans Deos,
Frustra suam desideraret turturem?

In obitum Ornatissimi Adolescentis
Caroli Sucqueti Flandri Iurif-
consulti eximij

NAENIA.

Tristia

FVNER. LIB. 68

TRistia desferam mendacis nuncia fati,
Sucqueti miseram qua retulere necem,
Idem veracis deslebo nuncia fati,
Dij facerent, labor hic vanus, vt ille, foret,
Et nostras iterum damnaret fama querelas,
Iret & in iustos irrita charta rogos:
Sed nimitum veris rumoribus omnia constant,
Si qua venit toties fama, timenda venit.
Dic puer Anne aliquis lethū perscripsit acerbum
Et si aliquis, quisnam? dic age, quoque molle
Litera lugubris Taurina venit ab vrbe,
Ab dolor, & fide sunt quoque signa manus.
Quisquis es, d, vellem scriptor mendacior esses:
Hoc melius, quam q; sic moreretur, erat,
Sic moreretur amor Charitiq; nouiq; Dearū,
Astræa veteris sic moreretur amor,
Iret & in cineres, tabumq; liqueceret atrū,
Quo nihil in vitam venit amabilis,
Seu circumfusa sublimia iura caterue
Dicaret, celsa conspicuus cathedra:
Nobile seu caneret facili testudine carmen,
Sine puellareis duceret arte choros,
Sine suos inter dulcis conuina soldaleis
Miseret variis fata propinqua modis.
Ergo fatali lex hæc rata stat decreto,
Seruiat vt nulli vita fugax domino,
Sed meliù preripiat quæ vix concesserat usum,
I iij

IO. SECYNDI

Lenta modò effecto in corpore desideat.
 Sic viuunt homines quos ægra senectâ fatigat,
 Improbâ nec possunt per sua vota mori.
 Sic Sucquete iaces, & dulci floridâ vere
 Membra superiecta nempe teguntur humo?
 Quæliâ, cum rigido pede conculcantur arantis
 Lilia, faciunt quo viguere solo.
 Nec frater nato persoluit iusta sepulcro,
 Nec soror, effusas præsecuitque comas,
 Nec longè ante alios infelicissima mater
 Leniuit morbi tædia longa tui:
 Et cum supræmæ tetigit confinia metæ,
 Ore suo vitam carpsit ab ore tuo,
 Luminâque oclusit longo damnata sopore,
 Et dixit morti, cur mihi tarda venis?
 Tunc tempestinè poteram migrare sub umbras
 Charus adhuc natus cum mihi saluus erat.
 Ille suis manibus nostros clausisset ocellos,
 Rorasset lacrymis & mea busta suis:
 Mollibus & violis sparsisset triste feretrum,
 Dixisset cineri verba supræma meo.
 Talia non questu est genitrix in funere mæsto,
 Multa sed iis queritur nunc grauiora tamè.
 Et vellet partus bona non sensisse beati,
 Et vellet nato iam caruisse diu:
 Et mallet cælebs, vt non foret orba, fuisse:
 Nam mala respectu sunt grauiora boni.

Te

FVNER. LIB. 69

Te quoque credibile est opulētâ, Flâdriâ, glebas
 Resperxisse vagi fluctibus Oceani,
 Vt steres longè venerandi funus alumni,
 Tollere qui poterat nomen in astra tuum.
 Mitte malas lacrymas, iam nunc tibi nomen
 ab illo
 Flândriâ, pars melior quâ patet orbis, habes:
 Tu modò, tu iuueni vacuū compone sepulcrū,
 In patriam maneis & reuocato pios.
 At tumulo in viridi, quam viuo læta parabas
 Effundat castas Laurus opata comas,
 Talèque perpetua caletur carmen in vrna,
 Colle sub hoc nullus mēbra sepultus habet,
 Hunc tibi vel tumulum posuit Sucquete vel arâ
 Carole sat felix Flândriâ te genito,
 Gentibus Alpini mortis concessit honorem:
 Quisquis es, in longis disce pericla viis.

EPITAPHIVM

Lucij Tabellarij, in via ab
 Latronibus occisi.

ET tumuli, & mortis sedem sortitus candē,
 Hac situs est, moriens quâ rubescit, humo
 Nuncius infelix, vita spoliatus & auro.
 Securum vacuus carpe viator iter.

TO. SECVNDI
EPITAPHIVM
Desyderij Erasmi Ro-
terodami.

Defunctus vita, longaeque laboribus aui,
Hac situs est tādē doctus Erasmus humo.
Quem licet in sera rapuerunt fata senectae,
Et vite sativum sopiit alta quies,
Nos tamē hunc, velut immaturo funere raptū,
Flemus, & effusis diffuimus lacrymis.
Ille igitur perit, & quondam illa illa dispersa
Et dulci manans nectare lingua tacet.
Ingeniūque sagax, & amor virtutis, & aequi,
Omnia sub paruo condita sunt tumulo.
Illum igitur canos Virtus lacerata capillos,
Et Charites lugent, luget & ipsa Fides.
Collectasque rosas Permessi ad flumina
Nymphae
Inspargunt sacro Pierides tumulo.

EPITAPHIVM
Nicolai Hacquini Iuristae. Henrici
Octavi Anglorum Regis ad
Carolū. V. Impera.
Legati.

Missus ad occiduos Regis legatus Iberos,
Cui caerulei venerantur sceptri Britanni,
Sic

FVNER. LIB. 70

Sicne iaces, sicca Arragonū tumulatus arena,
Quā Barbastra vetus, rapido iacet accola.
Cingae

Hacquine, & legum studiis & diuitem praestās
Eloquio, Regisque decus patriaeque remotae.
At tibi Rex reditū incolūmē, dulcissq; tuorū
Amplexus, senidque tuo tranquilla parabat
Ocia, nec meritos non adiciebat honores,
Auratōque pedo dextram, mirraeque capillum
Exornans, sed fata Deos superantia, Regis
Vota caduca tua & domini frogere potētis:
Tōique tibi exhaustos terraeque marique labores,
Et studia, & varias arteis, & inutile nomen,
Omnia tam paruo clausurunt dura sepulcro.
Est tamen est aliquid quod inertia busta re-
linquens
Aetherias longē viuax prorumpet in auras,
Euectum niuis fama per inania pennis.
Atque aliquis veniens longinquos hospites ab
oris,
Marmor ab externa clarū venerabitur umbra,
Et dicet lacrymans: Heu non tibi debita tellus.
Ista fuit: teneris que rosis miscbit amomum,
Et nigrae vrnae violas & lilia fundet,
Mānibus & longam optabit, cinerique quietē.

IOANNIS

SECUNDI HAGIENSIS

Epigrammatum Liber Vnus.

In Scholam Bituricensem, in qua Andreas Alciatus Leges Ciuileis interpretabatur.



Ede quis hac habitat?

Deus, an Dea? iā mihi mentem

Cynthius insolita religione mouet,

Et mihi iam versus facili nascuntur in ore.

Sen Deus hic habitat, seu Dea, Numē adest.

Et Deus hæc et Diua potens saccharia seruat.

Quæ Dea? de cælo quæ modò sera redit,
Aequa bonis nec iniqua malis quæ præmia librat.

Quis Deus? alato qui pede carpit iter,

Arcas, Atlantiades, magno satus è Ioue, cuius

Molle sub arguto pollice tinnit ebur.

Et potuit rursum cælo Dea iusta relicto

Cæde coloratas orbis inire vias?

Quæque prius metués scelerū cunabula fugit

In ma-

EPIGRAM. LIB. 7^e

In mala nunc audax inueterata ruit?
Scilicet hac cælum virgo sub lege reliquit,
Vt duce Mercurio carpere posset iter?
Carpit iter. primumq; vaga hinc vestigia fixit,
Iuncta ubi facundo cum duce regna tenet:
Insuetoque modo, mentis decreta seueræ
Ornat festiui dotibus eloquij.

IN PETRVM QVENDAM.

*C**Vm tu sis leuior volante fronde,*
Pluma, cortice, quique sole puro
Per leueis atomi feruntur auras,
De petra tibi nomen hoc parentes
Mirabar tribuisse ponderosum,
Sed petram quoque pumicem vocamus.

AD CAROLVM
Cæsium.

*I**Anus ancipiti vetustus ore,*
Labentis tacitè nouator anni
Adest Carole, quid moramur? eia,
Viuamus, neque creduli futuri
Carpamus spaciū volantis anni:
Sic, d, sic tua cuncta, Di, Deaque,
Non is hoc modò, pluribus sed annis

IO. SECVNDI

Fortunent, seriesque tota cœli
 Sit patrona tuis amica votis.
 In primis Dea, qua creata ponto,
 Vndosos animis monet tumultus,
 Et, nunquam vacua grauis pharetra,
 Et semper vigili timendus igne,
 Lasciuia comes Aliger parenti,
 Sint mites tibi, prosperentque molleis
 Quas dabunt tibi, vel dedere flammæ,
 Multis basiolis fruaris, & te:
 Amantem sibi quæque querat, & se
 Substernat tibi, læta mollicellis
 Formosissima quæque de puellis,
 Nec poscat neque gratiam, nec ara,
 Nec rubri spoliū maris, nec aurum:
 Sed charus magis ipse sis vel are,
 Vel rubri spolio maris, vel auro.

IN IMAGINEM HERCVLIS

Cupidinem tergo gestantis, ac propè
 succumbentis oneri.

ANtè quibus cœlum fuerat leue pondus,
 iisdem
 Nunc grauis est humeris sarcina, parum
 Amor.

IN CHARINVM DEFOR-
 mis Vxor̄is maritum.

Nuptæ

EPIGRAM. LIB.

71

NVper Charine coniugem
 Vidi tuam, tam candidam,
 Tam lacteam, tam floridam,
 Cultam, modestam, biandulam,
 Vt si mihi taleis bonus
 Concesserit treis Iupiter,
 Diu daturus sim diuas,
 Auferret vt superstitem.

IN MEDICVM SICARIVM
 & Veneficum.

ES simul Medicus, simul Cheryurgus:
 Cur? mittis Stygium viros ad Orcum,
 Et manu simul, & simul veneno.

IN PASSEREM GLYCERES.

Hostili Passer felis raptatus ab ore,
 Læguit, exiguam deposuitque animam,
 Quem postquam Glycere illacrymans fouitque
 papillis
 Frigidulum, tepido rore rigauit amans,
 Palpitat, et teneros reptat noua vita per artus,
 Moxque vagus rosea prosilit è latebra,
 Et fugit æreas non obseruatus in auras:
 Illa dolet, gemitus & ciet ore grauis,

IO. SECVNDI

Guttaque per nitidas distillat vitrea malas,
 Distinctum gemmis quale renidet ebur.
 Ingrate, heu, nimium passer, qui deseris illam
 Quicquid habes anima munere cinis habes.
 Dissimile, ô, sortem te lux mea, te sequor una,
 Cum toties dulci me spoliés anima.

IN ALIVM PASSEREM
 eiusdem Glyceres.

Improba de Dominae gremio dum prouolat
 ales,
 Corripitur Dominae cõprimiturq; manu.
 Illa quidẽ moritur, sed sic iuuat ire sub umbras,
 Sepe mori simili non necesse, dolet.
 Hoc bene scit Glyceres, forma sibi cõscia tartaræ,
 Inque sinu tepido callida condit anem:
 Nec mora, visa mouère suas, et mouerat alas,
 Atque iterum Dominam pessima deseruit:
 Illa manu celerem sequitur, cupit illa teneri,
 Et manibus rursus virginis immoritur.
 Invidi, infelix, tam dulcia fata volucris
 Optauisque iisdem posse mori manibus.
 Illa negat: sortem ô miseram, cur impia, cur-
 nam,
 Cui vitam rennis, rennis interitum?

IN

EPIGRAM. LIB.

73

IN POSTHVMM.

Cur Posthumus cœnat foris?
 Ut ne domi cœnet sua.

IN MARVLLVM
 & Varium.

Marullus Variisque Septimilla
 Donauère toga noua maritum.
 Nunc ille ambulat huc & huc togatus,
 Et transit fora, porticus, tabernas,
 Vicos, balnea, fornices, popinas,
 Nec toto decies reuisit anno
 Relictam dominis domum nouellis,
 Securi modò sepe luce prima,
 Securi medio die fruuntur
 Marullus Variisque Septimilla.

IO LYDIAM FOEDVM
 amatorem auidè amplexan-
 tem osculantemque.

Ditis amatoris cur lurida basiet ora
 Lydia, miratus sepius antè fui.
 Desino mirari, vidi cum pinguis nuper
 Nobilis ignaui lingere ora canis.

K

IO. SECVNDI
IN LYCORIDEM
Toletanam.

S Ex faciem drachmis diuendit Ibera Ly-
coris,
Iure quidem, tanti venditur illa foro.
Si bene perpendas, tantum cupit illa rependi
Quæ facit in vultu damna proteruus amas,
Vix libanda dedit summis sua labra labellis,
Pars empti subito magna coloris abit.
Disceditq; labris pictis rubicundus amator,
Et sibi lucenti plus placet in speculo,
At si quis positos turbauit fronte capillos,
Fit citò crinitus qui modo calius erat,
Fortè senex patulo improbulus lasciuit in ore,
Dentibus efficitur ditior innumeris.
Callidus hanc Caius, tot ne dispendia formæ
Sic redimat, mœcham manè fututor adit.

IN EANDEM.

M Itte peregrinis opplere coloribus ora:
Nudus Amor nudæ munera fron-
tis amat.

IN ANTONIVM MOSSI-
cam cum Taurò pugnantem.

Incau-

EPIGRAM. LIB. 74

I Ncauto iuueni Taurus ruit obuius, ille
Corripit iniecta cornua bina manu,
Præcipitque feræ cursum confregit & iras,
Et iam fracturus cornua visus erat,
Noluit, Alcideæ dedit hoc, ne fama taceret
Voluat adhuc mutilas cur Achelous aquas.

DISTYCHON ENSI
inscriptum.

P Ro domino fontè mihi fas haurire cruorè,
Cum furor innocuū iustus in arma vocat.

INSCRIPTIO IMAGINIS
formosæ virginis, ad viuâ effigiem
à semetipso cælata.

F Erripotès meli⁹ poterat Mars ducere cæla,
Sed Veneris vinci non tulit ora sua.

IN CAROLVM QVINTVM
Imperat. P. F. Aug. cum in
Aphrica pugnaret.

A Eneæ sanguis, formosi sanguis Iuli
Carolus in regnum venit Elisa tuum,
Vindictæ sœno pius ut tua busta Tyranno,

K. ij

I O. SECUNDI

*Armatas ducens per freta mille rateis.
Illius auspiciis prisca reddentur honori
Mœnia, Romana quæ cecidère manu.
Ergo age, in Aeneadas odium fatale remitte,
Sectatûmque veni Cæsaris ora Dei.
Crede mihi, dices, huius si ardore perissem,
Causa meæ fuerat mortis honesta magis.*

IN GRAMATICOS,
Ad Hieronymum Suritam
Cæsaraugustan.

*S*Itc ruris opes iuuant beati,
Si te liberioris aura cæli
Salubris iuuat, arborûmque socu
Distinctus viror omnium colorum,
Si lenis tremula quies in vmbra,
Quæ fagus patulis comata ramis,
Laurisue innuba, Populisue pallens
Confringit rabiem Leonis vsti,
Quæ centum querule strepunt volucres,
Et centum superat modos volucrum
Crudum Threicij scelus Tyranni
Longa Daulias integrans querela:
Quæ stringit virideis amœna ripas,
Cristalloque liquente serpit vnda,
Mox cum murmure bulliens sonoro

Pugnanteis

EPIGRAM. LIB.

75

*Pugnanteis aqua concitat lapillos.
Hæc si te recreant, amice dulck,
Nec coenare poetis patellis,
Lactucæque times, cucurbitasque,
Huc ad nos propera, feris que tecum
Totum quicquid habes facetiarum,
Et quicquid salis, atque risonis
Triginta solidis diebus absens
Seruasti accumulans tuo Secundo.
Sed te per Genium tuum, meosque
Per Faunos, Dryadesque per puellas,
Hellepontiacum per Priapum,
Ne de Grammaticis amice quenquam
Adducas precor huc, molesta gens est,
Nec ridere mihi liceret illos,
Vt mos est meus, omnibus cachinnis.
Nam quidam mihi rettulit Poeta,
Notæ Grammaticum seueritatis,
Noctis atque dies dolenter ang,
Quod nec Grammaticum vocare doctum,
Nec se Grammaticam vocare doctam,
In libri titulo sui venusti
Posit, cum generis sit ipse neutri.
Cui Vates meus, vt graui labore
Eam tandem miserum senem leuaret,
Securè pater, inquit, eloqueris
Si te Grammaticosque masculinos*

K. ii

IO. SECVNDI

Tecum, Grammaticos que femininos,
Communisq; simul, simulque neutros,
Omneis, Grammaticum pecus vocabis.

IN DISCESSVM SVVM EX

Hispania, cum regionis aere offensus
grauissimè laboraret.

Hesperiae sineis arenteis linquimus aegri,
Et petimus blandæ dulce solû patriæ.
Et, quorû in manib' melius moriemur, amicos:
Cur inuisa meum terra moraris iter?
Cur mihi tot montes, & saxa obstatis euntis?
Vere quid in medio me fera pulsat hyems?
Ninguida diluuium mittit liquefacta Pyrene,
Et madidus pluuias Iupiter addit aquas.
Parce meo cineri iam non Hispania viuo,
Quid iuuat heu mancis sollicitare meos?
An verò, paucis cum sis fecunda Poëtis,
Laudem de tumulo queris acerba meo?
Vt lubet, ipse tamen fugiam terræque, mariq;
Ne mihi sis, etiam post mea facta, grauis.

IN CYNTHIAM

Propertij.

Cynthia te postquam mors abstulit atra,
tuisque

EPIGRAM. LIB. 75

Induxit furuas luminibus tenebras,
Tum verò simileis verita est Latonia casus,
Occideret nebula ne labefacta pari.
Et, quoties tellus fraternos impedit igneis,
Exemplum fati Diua tui metuit.

IN CAROLI QVINTI

Imperat. Natalem.

Cvr niue Casare⁹ gelida natalis inborret?
Candida vti foret hæc lux voluere Dei.
Cur igitur Phœbus latet aureus? haud opus illo
Phœbecum fundit Casar ab ore iubar. (est,

IN NEAERAM.

Limina m' atque animum cepit tua can-
dida forma,
Moribus offendor, torua Neera, tuis.
Nec mihi nuda places, sed cum vestita recubis,
Basis me capiunt, non amo concubitus.
Quot doteis natura dedit, totidem tibi mendas
Addidit, & tamen, heu, te te ego deperco.
Nimirum cæcus non est cum pulchra tuetur,
Tunc Argum tuc & Lyncea vincit Amor.
At mendas spectare, auersa fronte, recusat,
Tunc & Tiresia cæcior, & Thamyra.

IO. SECVNDI
AD ANDREAM ALCIA-
rum, cū ipse & Hadrianus Ma-
rius frater personati figura
Solis ac Lunæ, noctū ad
cum venissent.

A Venus en Phœbus, Soror en argentes
Phœbe
Iungunt diversas nocte silente faceis.
Alciate hūc tribuūt tibi numina lucis honorē,
Cuius in æterna luce vigebit honos,
Miraris nigra Phœbum te visere nocte?
Opposito laudes audiit orbe tuas.

IN LIBELLVM SVVM
Basiarum.

Casta quod enerui cantamus basia libro,
Versibus illudit fusca Lycinna meis,
Et me languiduli Vatem vocat Acha penis,
Quæ Venerē in triuiis porticibusque locat.
Scilicet, expectat nostrū quoque noscere penē?
Parcite turpicula, mentula nulla mihi est.
Nec vobis canto, nec vobis basia figo:
Ista legat teneri sponsa rudis pueri,
Ista tener sponsus, nondum maturus ad arma
Exerceat variis qua Venus alma modis.

IN

EPIGRAM. LIB. 77
IN IOVIVM.

Tenduntur nerui, formosa quiescit in v-
nis,
Cypridis ad blandum sollicitatur opus,
Nec persuadetur louius soletur vt illam,
O nimium gelida rælligione virum!

IN FICTOS AMICOS.

Intumeat Zephyris si turgida vela secūdis,
Et veniant satis omnia leta tuis,
Mille tibi comites, & mille parabis amicos,
Affinis, dominus, cunctaque solus eris.
At postq̄, insulū mutans semel aspera vultū,
Ingruerit velis aura nocua tuis,
Tum qui iam fueras tot circumseptus amicis,
Et modò qui dominus, qui modò frater eras,
Hæc sola à cunctis infelix dicta reportas,
Quis mihi? quid tecum? proximus ipse mihi.

IN GELLIAM.

Cvm mihi de variis traheretur sermo puel-
læ, deq; bonis, Gellia, deq; malis, (lis
sic mihi tum memini te respondiisse, supremum
Et finem verbis imposuisse meis.
Illa sapit demum qua se putat insipientem,

I. O. SECUNDI

Despuit hæc nimium quæ sibi, Lane, sapit.
 Hic ego, quid verò de te mea Gellia sentis:
 An sapere, an contrà stulta videre tibi?
 Stulta refers sum stulta mihi, vidēsque suauē,
 Scilicet officio quàm benè sancta tuos!
 At caue, ne, dum te sic stultam dicis, vt isto
 Te mihi prudentem testificère modo,
 Gellia captata frauderis laude: nec esse
 Prudens iudicio comperiare tuo.

IN QVENDAM EX TEM-
 pore versus facientem.

DVm te cūcta vidēt arctā cōstringere lege,
 Effugiunt linguam verba soluta tuam.

IN QVENDAM.

DVm tu elegos dicis: quæ heroïca carmi-
 na scribis,
 Dignus eras veros qui faceres elegos.

AD FRANCISCVM HO-
 uerium Maclinien. pro
 Marullo Poëta
 commodato.

En

EPIGRAM. LIB.

78

EN Franciscæ redit tuus Marullus
 Aequè cultus vt antè, diues aequè,
 Nec vel versiculo minutus vno:
 Thesaurum tamen ille iam reliquit
 Nobis ex opibus suis perennem,
 Nullo pauperior nec asse factus.
 Quæ pro re Domino tot esse grateis
 Relatus cupimus, quot expolitos
 Versus continet optimus Marullus,
 Quot saleis lepidos, iocōsque molles,
 Quot laudes veterum piæ Deorum.

AD EVNDEM.

CVm legerem facileis elegos Frācisce Ma-
 rulli,
 Miratus lepidos cum gravitate iocos,
 Et quis adhuc, inquit, sani modò pectoris est, qui
 Vera neget Samij dicta verenda senis?
 Cernimus en culti mentem remeasse Tibulli,
 Corpore conclusam cultæ Marulle tuo.

IN GELLIAM.

SI non est graue, si vacat,
 Cur vendas Venerem, dic mihi Gellia,
 Cur vendis, quod emas libens?

IO. SECVNDI

At tu, si memini, sepe soles prius,
 Cuius tantopere es modo
 Parca, & facta tenax, reddere sepius
 Quibuscunque rogantibus.
 Aut si nemo rogans, nemo volens erat,
 Ipsam te memorant pias
 Effudisse preces, & iuuenum leueis
 Pellexisse animos, tuum
 In votum facileis, quisnam etenim negee
 Oranti tibi Gellia,
 Quae so, tam pia, tam dulcia, tam bona?
 At nunc, cum tibi languida
 Vultum ruga secare incipit, & nouas
 Inspargit capiti niueis
 Acui bruma rigens, nec modò dentibus
 Os superbit eburneis,
 Nec labris remanet qui fuerat decor,
 Et fugit color ille, qui
 Tingebat niueas purpureus genas,
 Cur nunc, cur subito Venus,
 Quam nunc te deceat vel dare maxime,
 Emptam quam vel oportuit,
 Cur nunc illa tibi, cur, rogo, venditur?
 Non hoc, non tibi parcitas,
 Quae pigro senio sepe comes venit,
 Non, si te bene nouimus,
 Hoc suadet noua nunc Gellia castitas:

Sed,

EPIGRAM. LIB. 79

Sed, si coniciam sinis,
 Diuinabo equidem, sim licet ipse nec
 Vates, nec tencam sagax
 Aut cantus volucrum fata canentium, aut
 Penne praepetis omina,
 Olim cum roscas prima iuuentula
 Pinxissetque genas tibi,
 Pinxissetque simul labra corallina,
 Nata ad dulcia basia,
 Atque instructa suis lumina spiculis
 Ornasset ciliis nigris,
 Tum tu, quas dederat pulchra Venus tibi
 Doteis omnibus affluas
 Gratis larga dabas, scilicet has tibi
 Sperans perpetuas fore:
 At postquam periit leta iuuentula,
 Et iam te in speculo videns,
 Formam longè aliam cernere cogeris,
 Et rugis faciem asperam,
 Canosque ad speculum vellere limpidum
 Inuisos misera occipis,
 Tum demum gemis, & te miseret tui,
 Et lapsos virideis malè
 Nulla fruge dies Gellia deuoues,
 Et lucri in senium nihil
 Quae fuisse dolet, poenitet, & pudet.
 Ergo, dum licet, & breui

IO. SECVNDI

Comprendi numero canicies potest,
 Et rugæ numerabiles,
 Nec dum, læsa parum, forma virentibus
 Planè spernitur à viris,
 Iam mutas animum callida prodigum,
 Et mirantibus omnibus,
 Aurum difficilis, munerâque expetis.
 Vt, postquam tremulo gradu
 Deforme adfuerit mox senium tibi,
 Et nemo fuerit, tuis
 Qui iunxisse labris oscula pallidis,
 Mollem tangere qui sinum,
 Non desit tibi scilicet,
 Quo tum rursus emas, quod modò venditur.

IN EANDEM.

Gellia, miraris, cur auro vendat amorem?
 Scilicet, vt sit, quo callida rursus emat.

IN BIBLIOTHECAM IMPERATORIS CAROLI QVINTI,
 quæ est in Curia Hagienfi apud
 Batauos, comparata impensis Ioannis Harij Canonici.

Ecquid

EPIGRAM. LIB. 80

Ecquid adhuc sacri, virideis Helyconis ad
 vndas

Quæritis Aonias, nescia turba, Deas?
 Hic nunc Musæarum domus est, hic doctus Apollo,

Hic posuit sedes Dorica diua suas.
 Hoc meruit sacrique chori, Christiꝑ; sacerdos.
 Harius, in libros qui bene vertit opes.

IN CALVMNIAM LVCIANI
 versam per Rumoldum
 Stenemolam.

Quas struit innocuæ versuta Calumnia
 vitæ
 Mille cupis fraudes noscere? mille dolos?
 Perlege quod media Rumoldus ab Hellade
 sumptum
 Nobile Palladiæ transtulit artis opus.

IN DIALOGOS ALIQVOT
 Luciani, carmine Latino à se &
 fratribus redditos.

Qui cupis à tetricis paulisper ludere curis,
 Et dare ridiculis tempora pauca dies
 Hæc lege, quæ nuper sermone vagantia laxo
 Græca, per Ausonios iussimus ire pedes:
 Prim^o mellifluo quondã hæc dedit ore disertis
 Lucius, ille hominum risor, & ille Delum.

IO. SECVNDI
AD IOANNEM SCHOREL-
lium Pictorem Propempticon.

I fausto pede patrias ad vrbeis
Diuina renouator artis, ito:
Nec picus vetet ire te molestus,
Nec cornix iter ominosa rumpat:
Faunus dux erit, & celer Deorum
Interpres, liquidas volans per auras.
I fausto pede patrias ad vrbeis.

IN BVBALVM MA-
lum Poëtam.

D Aedala mens hominum quicquid scru-
tata, quod aut os
Protulit, artificum vel posuere manus,
Agrippa hostili totum lacerauerat ore,
Ausus in Aonias sumere tela Deas.
Nô tulit hoc Vates, & numine concitus æquo,
Bubalus in fontem carmina dixi canit.
Quôdque magis laudes, nullo suadente fauore
Scribit, & ignotis fert miseratus opem.

IN EIVSDEM INEPTVM
carmen de morbo suo, quod
Morbilogum appellauit.

Bubalus

EPIGRAM. LIB. 81

Bubalus ægrotat, Pean succurre Poëta,
Ne, quoties languet, tam mala verba vo-
mat.

IN PICTVRAM ICARI.

Tramite securam medio decurrite vitas,
Sit satis hoc Pueri vos didicisse malo,
Torrída Phœbæo qui dum loca peruolat igne,
Ignoto posuit nomina prima mari.

IN CAESAREVM TRIVM-
phum Bononiæ post coronatio-
nem celebratum, ab Nicolao
Hogenbergo sculptum
impressumque.

Cæsareas, sanctique Patris longo ordine
turmas
Aspice, & artificem ter venerare manus,
Tradere quæ potuit rigido mensura metallo
Nomina magnorum tot generosa virum.
Pictor Hogenbergus quod per tua secula cernas
Hoc tibi, posteritas vinida, fecit opus.

IN IDEM OPVS.

Cæsar, & Hesperie & qui dominaris
Eois,
Accipe quæ teneris: prohibebit æquus.

I.

IO. SECVNDI

Non fato veniente cades, multosque secutus,
 Ignotum longa nocte premere caput:
 Sed, cum victuris victurus Carole chartis,
 Ibis ad Antipodum regna, secutus auum.

IN MAGNIFICAS AEDEIS,
 quas Bruxellæ struxit Maximilia-
 nus Transylvanus.

Cerne hospes magni salientem è vertice
 Patris
 Insignem galea, clypeoq; & cuspide Diuam.
 Aspice Mulciberum, quem dissecuisse cerebrū
 Alipremi gravidum Iouis, obstetricæ securi,
 Finxerunt veterum mellita poemata Vatum.
 Quisq; gerit pedibus celeres & vertice pennas
 Mercurii, namq; hic præsto esse p omnia patri
 Creditur, & iussus deferre per aëra voces.
 Cerne & vocaleis tentantem pollice nervos
 Thyeicū vatem, qui carmine saxa potenti,
 Vrsosq; tygresque trahit, rabidosque leones,
 Dum gemit Euridices fatū miserabile raptæ,
 Persephonenque potest rigida mollire canendo.
 Denique, suprema meritis quam sede locavit
 Ingeniosa manus, procūl à tellure remotam
 Suspice diuinam Sophiam, quæ arcana colorū
 Rimat, monstratq; viam quæ sidera tangit.
 At

EPIGRAM. LIB. 82

At tibi dent superi quod Trāsylvane mereris,
 Qui facis, Ausoniae minū inuideam⁹ vt vrbi.

TRIA MALA.

Quæ mala sunt hominū rebus tria maxi-
 ma, scire
 Quæris? habet paucis, formina, flāma, fretum.

IN LIBELLVM IOACHIMI
 Rolandi Maclinien. Medici,
 De nouo morbo sudoris.

Quæ cupis ignotæ naturam discere pestis,
 Et formidatæ doctus opus Furia,
 Spicula securus vapide contemnere Mortis,
 Accipe qua vites callidus arte malum:
 Accipe qua tollas cum iam penetrauerit ossa
 Accipe qua claudas & redeuntis iter:
 Scilicet hæc multo tibi dat sudata labore,
 Gloria Maclinia lausque vel vna sue,
 Primus Apollinea Ioachimus in arte medēdi:
 Quæ nuper miseros dum lituere homines,
 Heu quot in ardenti fumarunt corpora lecto!
 Mortis & ignotis extimere vias!
 Heu quot vbiq; animas exaudere tepentis,
 Transmissi Stygiis in noua regna vadis!

IO. SECVNDI
IN NERONEM.

T Arpeia ferus arce Nero subsidere vidit.
Vrbis opes magna, populantibus omnia
flammis.

Clamant dolor vnus erat iuuentumq; senumq;
Sohus at hic, nullo rerum discrimine castus,
Aureis, atque oculos vlulatu pavit, et igni.

AD ROMOLDVM STENE-
molam, præceptorem suum, quum
ei amatorias aliquot Ele-
gias mitteret.

C Vi mitto calidos, nonos amores?
Nec satis lepidos, nec expolitos?
Nimirum tibi, namque tu putabis
Meas esse aliquid Romolde nugas,
Assuetus genium probare nostrum,
Iam tum quum imperio tuo sonabam.
Paruus carmina rennuente lingua.
Ergo, habe tibi quicquid hoc amorum est:
Et quicquid venit à meis Camænis,
Totum crede tui laboris esse.
Mox, autem recita: plura certum est,
Quum nos Haga breui tenebit ambos.
Et iuncti pariter locum teremus
Sacratum Veneri, et nouem Deabus,
Longo quâ tilia explicata trachu,

Diffus-

EPIGRAM. LIB.

83

Diffundens patulos opaca ramos
Frangit sideris impotentis æstum.

AD MARCVM ANTO.
Caicum.

M A cte nouis animis, sic itur ad ardua cœli
Digne domo nec frustra adytis admisse
repositis

Alciati magni: tu nunc eris altera fama
Gymnasi, quod nomē habet seu quâ leuar vndis
Sol currum, seu quâ tingit sumantia lora.
Ergo tuis insiste viis Caimē diserte,
Exemplumq; nouum tanti tueare magistrī,
Romanas leges Romano qui ore recepit
Oblitas iam penē (nefas) sermonis aniti:
Primus et externa longē de gente reduxit,
Exilium patriæ perpeffas mille per annos
Barbaria in fœda, et natalibus intulit armis
Antiqui Latij, Dominæque locauit in vrbe.

AD MATRONAM QVAN-
dam, vt iræ mariti cedat.

M Itibus obsequiis animos cōpescere ferocis:
Tristis in iratos non habet ira locum.
Liberæ quæe ripis diductis vnda vagatur
Tranquillum tacito tramite radit iter:
Hæc eadem sineis si constringatur in arctos,
Præcipiteis rauca murmure rumpit aquas.

L. iij

I O. SECVNDI
IN DVOS AMANTEIS, MV-
tuo se basianteis in æde Sacra.

State cum pulchris iuuenes puellis,
lungite & dextras, neque templa, nec vos.
Ara diuellant veneranda Diuum:
Quin inauratæ temerentur aræ
Aureo pro basiolo puella.
Lædit, & magno hic pudor est pudori.

VOLVPTATIBVS OMNI-
bus adhibendum esse modum.

Est modus & dulci: nimis immoderatæ
voluptas.
Tædia finitimo limite semper habet.
Cerne nouas tabulas, vident florente colore,
Picta velut primo Vere coruscant humus:
Cerne diu tamè has, hebetatq; lumina flectes,
Et tibi conspectus nausea mollis erit:
Subq; tuos oculos aliquid renocare libebit
Prista quod incultra secla tulere manu.

DETESTATIO MORTIS
accerfitæ.

Quid immat, heu, ferro fatum properare,
vel vidist

Spontè

EPIGRAM. LIB. 86
AD IANVM LVCIVM
Brasicanum, Poëtam.

Sculpsi, quòdque manus & cæla dedere
peregi,
Exanimum spectas, & sine voce, caput:
Vtique diu viuas per nos in imagine paruas,
Longæque conspicias secula, mutus eris.
Ergo, age, perpetuum lapidi tu lane silenti,
Carmine vocali nam potes, adde sonum.

AD FRANCISCVM CRANE-
veldium Senatorem, Poëtam.

Qvale viatoris feruenti sidere, flumen
Ora repentino sicca liquore beat,
Tale tuû nobis carmen, vir magne, remouit
Si quid in affecto corde calor is erat.

AD LVCIVM ANG. ANDR.
Refendium Lusitanum Poëtam.

Quòd tibi Pierios Vrbs aspirauit odores
Dinite quâ Delus nat sinuosus aquas,
Turris vbi vastæ molcs operosa superbit,
Mœniæque hostili non superata pede,
Non honor ille mihi debetur, doctè Refendî,
Debetur fratri non honor ille meo.

IB. SECVNDI

Sed sua Tespiades oblectamenta secuta,
 Plectraque Phœbeis emula pectinibus:
 Pertese laticesque suos, & Apollinis odas,
 Haeserunt lateri magne Poëta tuo,
 Tectaque cum sacro subierunt hospita Vate,
 Mox & odorato rore rigatur humus,
 Vestiturque locus violis, quas legerat ipsa
 Permisti in ripis Calliope rosis.
 Hinc tibi Castalis fragrantur dotibus aurae,
 Fallor, an & nostris naribus haesit odor?

AD GEMMAM
 Phisium Mathematicum.

Emma, cui scelti patuerunt inuia mundi,
 Et quicquid longa vidit vertigine Phœbus,
 Cui nubes superare vagas, sedesque repostas
 Mente datum sancta est, & auito currere caelo,
 Fataleis que rotas tereti suspendere ligno,
 Immortale feres nomen, dum gemma feretur
 In digitis, fuluoque decens radiabit in auro,
 Phœbaeque terent iteranda volumina currus.

IN LACVM

In quo submergebatur Biturigibus
 Hieronymus Morelianus
 Mediolanen.

Anno. M. D. XXXII.

Abi

EPIGRAM. LIB. 87

Abi hospes hinc, locumque linque famosure,
 Hæc est vorago diis sacrata Lethæis,
 Colore quam squallere cernis obscuro,
 E luridi cognatione Cocyti.
 Hæc illa dira, immitis, illa crudelis,
 Iuuenem in tenebras que modò nigras, mersat
 Partem, virentem, nobilem, Itala ex gente,
 Inque ima raptum per vias humo occultas,
 Vnde est origo pestilens, aque tetræ,
 Demisit vndas hinc ad vsque Lethæas.
 Abi hospes hinc locumque linque famosure.

IN PONTICVM
 Quendam Hispanum.

At Trethas digito muliebria, læserat vngue
 Ponticus, hunc refecat dente, venustus
 homo est.

IN PICTVRAM
 Fabulæ Phaëthontis.

Dum patrios moderatur equos Pater in
 pare dextra,
 Pèrque ignota vagum sidera currit iter,
 Orbis opes varias cinerem mutat in vnaus,
 Ah, discat vireis noscere quisque suas!

IO. SECVNDI
IN ARCEM

Reginæ Albæ,
PARISIIS.

CErnite, flauentis vbi voluit Sequana
lymphas
Semirutam, fertur quam coluisse prius
Efferat funesta Regina libidinis, arcem,
Nunc vltore mali vt tempore sola iacet:
Et quæssata vndis, ventis habitatur & imbri,
Multa vbi ferales nocte querantur aues:
Cypri vbi mitis, flammæ exosa cruentas,
Chaonias sedem ponere nolit aueis:
Quæ Strix, quæ Furie volitent, quæ plurima
fatum
Exulset raucis questibus umbra suum.
Sic domus æternum numerose conscia cædis
Impia lasciuæ facta luit Domine.
Laluntur, lentis & condemnata ruinis
Implorant hominum pendula saxa manus.
Implorant frustra: stant hæc rata lege seueræ,
Instauratricem ne ferat vllus opem,
Aut subeat gladios, precium pietatis iniquæ:
Et quis adhuc ausit facta nefanda sequi?
En etiam saxis mortem censura minatur,
Longæq; post cineres stant monimenta mali.

AD

EPIGRAM. LIB. 38
AD GRAMMATICOS.

Dicite Grammatici, cur masculina nomina
cunnius,
Et cur femineum mentula nomen habet?
Sic ego, sic aliquis senior de gente verenda
Rettulit, attollens longa supercilia,
Mentula feminei gerit vsque negocia sexus,
Inde genus merito vendicat illa sibi.
Indefessus agit res qui sine fine virorum
Mascula non temere nomina cunnius habet.

AD LVCIVM ANG.

And. Resendium Poëtam
Monachum.

Angelic ad immeritas laudes ignosce ta-
centi:
Sic tua declinici pleetra morentur aquas,
Vocaleisq; modos illex aurita sequatur,
Mitiùs & sortis te premat ira tue,
Nec te perpetuo grauet imperiosa cuculla,
Sed tua purpureus tempora cingat honor:
Quæq; gerit laurum frons, & gerat illa gale-
rum,
Hæc ego: fatipotens hæc rata Phœbe velis.

IO. SECVNDI
AD EVNDEM.

Rēbus in aduersis animosus frāge superbæ
Iura Deæ, domināmq; rotam, quæ sin-
gula versat,
Stare loco impatiens, spera bene, forsitan astro
Adueniet grata hora suo; nec lenta moratur,
Quum te, cornuta cinctum sacra tēpora mitra,
Sublimem fortis meminisſe iuuabit acerbæ.

IN PVELLAS BITVRICEN.

Hei mihi, formosæ isto qui querit in orbe,
Crescentem segre querit in Oceano,
Fortē duæ vel tres magna visuntur in vrbe,
Nobile deformis quas decus esse vetet:
His adiunge decem, quas non cōtemere possis,
Cætera monstrorum nomine turba venit.
His tamē accumbunt iuuenes, dignæq; vidētur
Cum quibus extensæ prælia nocte gerant.
Illos posse putem rabidæ concumbere tygrī,
Inq; cruentatas turpiter ire lupas.

EPIGRAMMATA

Quædam è Græco versa.
In vanitatem vitæ humanæ.

Omnia sunt risus, sunt puluis, & omnia
nil sunt,

Res

EPIGRAM. LIB. 89

Res hominum cunctæ nam ratione carent.

IN EANDEM
.ferè sententiam.

Vita hominum scēna est, lususq; aut lude-
re discas
Sepositis curis, aut miseranda feras.

IN SVBITO DITESCENTEM.

Non Fortuna fauet dum te sic tollit in-
altum,
Sed dacet arbitrio te quoque stare suo.

IN FORTVNAM
modicam.

Non ego diuitias cupio, sed viuere tātūm
Ex paucis dum sint omnia tuta mihi.

S E N E X.
Diues de se.

Pæper eram iuuenis, nunc demum etate
senili
Ditesco, heu misero, tempore utroque, nihil
Vti cūm poteram, nummorum copia deerat.

M

IO. SECVNDI

Copia nunc superest larga, sed vsus abest.

I. D. E. M. Fufius.

Quid facis, ô passim mortalibus æmula
Sors? quid.
Næ sic habes ludibrio?
Olim cum media viridem florere iuuenta.
Datum fuit, cum perfrui
Diuitijs poteram sine sollicitudine, tum tu
Opes negabas inuida:
Nunc verò tandem, gelida aduentante se-
necta,
Atq; ijs vetante perfrui,
Das mihi diuitias, ô, quam nec tempore in
omni,
Nec cuncta, nec das omnibus?

IN NANVM.

Avsus formicæ Nanus conscendere tergum,
Credebat domito sese elephante
vehi.
At verò, vt cursu fertur nimis illa superbo,
Infelix media precipitatur humo,
Calcatusq; miser, quid rides inuide casum
Dixit, communem cum Phæronte mibi!

IN

EPIGRAM. LIB.
IN CVPIDINEM
camino insculptum.

90

Flammiuomò Veneris quisquis fuit ille ca-
mino
Qui sculpsit Puerum, credite, doctus erat.
Scilicet æternæ penes hunc custodia flammæ
est,
Per quem sopitus non queat esse focus.
IN VENEREM
Cnydiam.

Cernere dum cuperet propriam Cytheræa
figuram,
Venit in vndosam per mare vecta Cnydum:
Viq; oculis totam lustrauerat vndiq; formam,
Dixit, Praxiteli visa vbi nuda fuit
Non te Praxiteles vidit Dea magna, nec est
fas
Cernere conspicuas, & sine veste Deas.
Qualem Mars voluit, talem fixere Dionem
Ferrea belligero subdita cæla Deo.
IN ICARVM CEREVVM
in balneis positum, è Græco
sed latius.

Qua mortis tibi causa fuit, nunc Icare vitam
Artifici spirans dat tibi cera manu.
Proq; mari infasto genitalia balnea seruas,
Teq; natatores, & tua facta canunt.

MS

IO. SECVNDI

*At tu decepta caue nunc quoque fidere pene,
Balnea funesto ne celebres titulo,
Nec tibi sit tepido tua membra fouere lauacro,
Ne liquefacta tibi turpiter ossa fluant.*

IN BVCCVLAM

Myronis.

D *Icito pastori nostro, si videris, hospes,
Hic moror artificis quoddam religata
manu.*

IN VENERIS

Statuam.

N *Vda Venus nulli visa est, si visa sed vlli
est,
Hic vidit, nudam qui statuit Venerem.*

IN DELIBERATAM

Mortem.

F *ata mihi properata canunt qui sidera
spectant,
At properata nihil fata Seleuce moror.
Ad Stygias descensus aquas est omnibus idem
Scruis, aut citius, vna terenda via est.
Si prius emoriar, prius & Minoa videbo,*

Lethaum-

EPIGRAM. LIB. 91

*Lethaumq; lacum, tergeminumque Canem,
Interea mihi vina puer flauentia misce:
Et mihi substernat Lydia molle femur.
Orco iter est pedibus Venus, & mihi Bacchus
equorum
Sint vice, tam longam sic inuat ire viam.*

IN MEDICVM QVENDAM.

D *ilectum Medicus gnatum ad me misit,
vt illum
Grammatices primis imbuerem studiis.
Ast vbi, Musa refer furias Pelidis & iram,
Norat, & hoc carmen quod solet inde cani,
Multas qui forteis animas sub tartara misit,
Discipulum nostris detinet a foribus:
Meq; videns genitor, tibi sum deuinctus amice,
Gnatus at e nobis haec bene discet, ait.
Namque & ego multas animas sub tartara
mitto,
Nec mihi Grammatici tunc opus est opera.*

QVIS FELIX.

P *rimus qui nulli debet, sortis inde secunda
Iu licet me, caelebs: certius orbis habet.
Si tamen uxorem quis habebis, dote recepta,*

M ij

IO. SECVNDI

Recte erit, obtingat si tumulare malum:
Isthec doctus abi: sape, querere frustra. Epi-
curum

Quae tandem monades sint, & inane, finas.

SYR DVM IVDICIVM.

Cum surdo lis est surdo, sub iudice surdo,
(Vt similem simili iungit vbique Deus)
Ille petit precium pro mensis quinque locatis
Aedibus, hic noctu se moluisse refert:
His iudex, an non ex aequo mater utrique est?
Quid porro restat tollite uterque simul.

EX ANACREONTE.

Non est cura Gygis mihi, qui rex impe-
rat agris
Sardiniis, non me argentum, non gemma, nec
aurum
Detentat: no inuideo sua regna tyrannis.
Cura est vnguento, fluat vt mihi barba fraganti,
Cura vt odoriferis cingant mea tempora scrtis,
Cura sunt dubiae tantum praesentia vite
Tempora, cura hodierna mihi: crastina naque
Nouit, quisue sibi promittere crastina possit
He^o ergo, heus, agedi, calice mihi cuditio. ia nunc
Argento

BASIO. LIB.

92

Argento bene tornato, Vulcane: sed amplum,
Atque cauum, & Bacchi quantum potes, cia,
capacem:

Inque hoc no currus, no tristia sidera sculpe,
Non huc crudelis, no ambiat vclut Orion,
Sed vitcis mihi fac virideis psumque Lyaeum,
Et Charites, blandam & Venerem, Vene-
risque Puellum.

IOANNIS
SECVNDI HAGIENSIS

Basiorum Liber vnus.

BASIVM I.



Vm Venus Ascanii super
alta Cythera tulisset,
Sopitum teneris imposuit
violis:
Albaru nymbos circufu-
ditque rosarum,
Et totum liquido sparsit
odore locum:

Mox veteres animo reuocauit, Adonidis igneis
Notus & irrepsit ima per ossa calor.

M iij

IO. SECUNDI

O, quoties voluit circumdare colla nepotis!
 O, quoties talis, dixit, Adonis erat!
 Sed placidam pueri metuens turbare quietem,
 Fixit vicinis basia mille rosis.
 Ecce calent illæ, cupidaque per ora Diones
 Aura, susurranti flamine, lenta subit.
 Quotique rosas tetigit, tot basia nata repente
 Gaudia reddebant multiplicata Deæ.
 At Cytherea, natans niveis per nubila cygnis,
 Ingentis terræ cepit obire globum.
 Triplicemque modo, sæcundis oscula glebis
 Sparsit, & ignotos ter dedit ore sonos.
 Inde seges felix nata est mortalibus agris:
 Inde medela meis vnica nata malis.
 Salucte æternum, misere moderamina flammæ,
 Humida de gelidis Basia nata rosis.
 En ego sum, vestri quo Vate canentur honores,
 Nota Medusei dum iuga montis erant,
 Et memor Acucadû stirpisq; disertus amatae.
 Mollia Romulidam verba loquetur Amor.

BASIVM II.

Vicina quantum vitis lascivit in ulmo,
 Et toriles per ilicem
 Brachia procerâ stringunt immensa corymbi,
 Tantum Neæra si queas

In mea

BASIO. LIB.

93

In mea nexilibus prosperere colla lacertis,
 Tali Neæra si queam
 Candida perpetuum nexu tua colla ligare,
 Iungens perenne basium,
 Tunc me nec Cereris, nec amici cura Lygæ,
 Soporis aut amabilis,
 Vita tuo de purpureo diuelleret ore:
 Sed mutuis in oculis
 Defectos, ratis vna duos portaret amantes
 Ad pallidam Ditis domum.
 Mox per odoratos campos, & perpetuū Ver
 Produceremur in loca,
 Semper vbi, antiquis in amoribus, Heroinæ
 Heroas inter nobileis
 Aut ducunt choreas, alternæue carmina letæ
 In valle cantant Myrtea.
 Quæ violisq;e, rosisq;e, & flauicomis Narcissis
 Umbraculis trementibus,
 Illudit Lauri nemus, & crepitante susurro
 Tepidi suauè sibilant
 Æternum Zephyri, nec vomere faucia tellus,
 Fœcunda soluit vbera.
 Turba beatorum nobis assurgeret omniss:
 Inque herbidis sedilibus,
 Inter Mæconidas prima nos sede locarent:
 Nec vlla amatricum Iouis
 Præcepto cedens indignaretur honoris.

Nec nata Tyndaris Ione.

BASIVM III.

DA mihi suaviolum, dicebam, blanda
puella,
Libasti labris, mox mea labra tuis.
Inde, velut presso qui territus angue resultat,
Ora repente meo vellis ab ore procul.
Non hoc suaviolum dare, Lux mea, sed dare
Est desiderium flebile suavioli. (tantum)

BASIVM IIII.

NON dat basia, dat Neera nectar,
Dat rores animæ suaveolenteis,
Dat nardumq; thymumque, cynamumque,
Et mel, quale ingis legunt Hymeti,
Aut in Cecropis apes rosetis,
Atque hinc virginis & inde ceris
Septum vimineo tegunt quasillo,
Quæ si multa mihi voranda deantur,
Immortalis in iis repente fiam,
Magnorumque epulis fruar Deorum.
Sed tu munere parce, parce tali,
Aut mecum Dea fac Neera fias:
Non mensas sine te volo Deorum:

Non

Non si me rutilis præesse regnis
Excluso Ione, Dî Deæque cogant.

BASIVM V.

DVM me mollibus hinc & hinc lacertis
Astrictum premis, imminensque toto
Collo, pectore, lubricoque vultu,
Dependes humeris Neera nostris:
Componensque meis labella labris,
Et morsu petis, & gemis remorsa,
Et linguam tremulam hinc & inde vibras,
Et linguam querulam hinc & inde fugis,
Aspirans animæ suavis auram
Mollem, dulcisonam, humidam, meæque
Altricem miseræ Neera vitæ:
Hauriens animam meam caducam,
Flagrantem, nimio vapore coctam,
Coctam pectoris impotentis aestu,
Eludisque meas Neera flammæ,
Elabro pectoris haurientis aestum,
O, incunda mei caloris aura:
Tunc dico, Deus est Amor Deorum,
Et nullus Deus est Amore maior,
Si quisquam tamen Anore maior,
Tu tu sola mihi es Neera maior.

BASIVM VI.

DE meliore nota bis basia mille pacifcens,
 Basia mille dedi, basia mille tuli.
 Explesti numerum, fateor, incunda Neera,
 Expleri numero sed nequit vllus Amor.
 Quis laudet Cererē numeratis surgere aristis?
 Gramen in irrigua quis numeravit humo?
 Quis tibi Bacche tulit pro centū nota racemis?
 Agricolamue Deum mille poposcit apert?
 Cūm pius irrorat sitiēteis Iupiter agros,
 Deciduae guttas non numeramus aquæ.
 Sic quoque cūm ventis concussus inhorruit aer,
 Sumpsit et irata Iupiter arma manu,
 Grandine confusa terras et cærule pulsat
 Securus sternat quot sata, quot hęc locis.
 Seu bona, seu mala sunt, veniūt vberima cælo:
 Maieſtas domui conuocnit illa Iouis.
 Tu quoque cūm Dea sis, Diua formosior illa,
 Concha per aquoreū quam vaga ducit iter,
 Basia cur numero cælestia dona coërces?
 Nec numeras gemitus, dura puella, meos?
 Nec lacrymas numeras, quæ per faciemque si-
 nūmque

Duxerunt rī nos semper euntis aquæ?
 Si numeras lacrymas, nūq̄res licet oscula, sed hī

N. 115

Non numeras lacrymas, oscula ne numeres.
 Et mihi da, miseri solatia vana doloris,
 Innumera innumeris basia pro lacrymis.

BASIVM VII.

Centum basia centies,
 Centum basia millies,
 Mille basia millies,
 Et tot millia millies,
 Quot guttæ Siculo mari
 Quot sunt sidera cælo,

Istis purpureis genis,
 Istis turgidulis labris,
 Ocellisque loquaculis,
 Ferrem continuo impetu,
 O formosa Neera:

Sed dum totus inhereo
 Conchatim roseis genis,
 Conchatim rutilis labris,
 Ocellisque loquaculis,
 Non datur tua cernere
 Labra, non roseas genas,
 Ocellisque loquaculas,
 Molleis nec mihi visus:

Qui, velut nigra discutit
 Cælo nubila Cynthius,

IO. SECVNDE

Pacatumque per æthera
 Gemmatis in equis micat,
 Flauo lucidus orbe,
 Sic nutu eminus aureo
 Et meis lacrymas genis,
 Et curas animo meo,
 Et suspiria pellunt.
 Heu, que sunt oculis meis
 Nata prælia cum labris?
 Ergo ego mihi vel Iouem.
 Riualet potero pati?
 Riualet oculi mei
 Non ferunt mea labra.

BASIVM VIII.

QVis te furor, Neæra,
 Inepta, quis inbebat
 Sic inuolare nostram,
 Sic vellicare linguam,
 Ferociente morsu?
 An, quas tot vnus abs te
 Pectus per omne gesto
 Penetrabileis sagittas,
 Parum videntur istis?
 Nil dentibus proteruis,
 Exerceas nefandum.

Mem.

BASIO. LIB.

96.

Membrum nefas in illud,
 Quo sepe sole primo,
 Quo sepe sole sero,
 Quo per diésq; longas,
 Nocteisq; amarulentas,
 Laudes tuas canebam.
 Hæc est, iniqua, nescis?
 Hæc illa lingua nostra est,
 Quæ tortileis capillos,
 Quæ portulos ocellos,
 Quæ lacteas papillas,
 Quæ colla mollicella
 Venustula Neæra,
 Mollis per astra versu,
 Ultra Iouis calores,
 Cælo inuidente, vexit:
 Quæ te meam salutem,
 Quæ te meamq; vitam,
 Anima meaq; florem,
 Et te meos amores,
 Et te meos lepores,
 Et te meam Dionem,
 Et te meam columbam,
 Albamq; Turturillam,
 Venere inuidente, dixit.
 An verò, an est id ipsa
 Quod te inuat superba,

Inferre vulnus illi,
 Quam lesione nulla,
 Formosa, posse nosti
 Ira tumere tanta,
 Quin semper hos ocellos,
 Quin semper hæc labella,
 Et, qui sibi salaceis
 Malum dedêre denteis,
 Inter suos cruores
 Balbutiens recantet?
 O vis superba formæ!

BASIVM IX.

Non semper vltum da mihi basium,
 Nec iuncta blandis sibila risibus,
 Nec semper in meum recumbe
 Implicitum moribunda collum.
 Mensura rebus est sua dulcibus,
 Vt quôdque mentis suavius afficit,
 Fastidium sic triste secum
 Limite proximior ducit.
 Quum te rogabo ter tria basia,
 Tu dome septem, nec nisi da duo,
 Vtrunque nec longum nec vltum:
 Qualia teligero Diana
 Dat casta Fratri, qualia dat patri

Experta

Experta nullos nata Cupidines:
 Mox è meis lasciva ocellis
 Curre procul natitante planta:
 Et te remotis in penetralibus,
 Et te latebris abdito in intimis,
 Sequar latebras vsque in imas,
 In penetrabile sequar repostum:
 Prædamque victor feruidus in meam
 Vtrinque herileis iniiciens manus,
 Raptabo, vt imbellem columbam
 Vnguibus accipiter recuruis:
 Tu deprecanteis victor dabis manus,
 Hærensque totis pendula brachiis,
 Placare me septem iocosis
 Basiolis cupies inepta.
 Errabis: illud crimen vt eluam,
 Septena iungam basia septies,
 Atque hoc catenatis lacertis
 Impediam fugitiua collum:
 Dum persolutis omnibus osculis,
 Iurabis omneis per Veneres tuas,
 Te sapius pecnas easdem
 Crimine velle pari subire.

BASIVM X.

Non sunt certa meam moueant que basia
 mentem

N

IO. SECYNDI

Vda labris vdis conseris, vda iuuant:
 Nec sua basiolis non est quoque gratia siccis,
 Fluxit ab his tepidus sepe sub ossa vapor,
 Dulce quoque est oculis nutantibus oscula ferre,
 Auroresque sui demeruisse mali:
 Siue genis totis, totius incumbere collo,
 Seu niueis humeris, seu sinui niueo,
 Et totas linore genas, collumque notare,
 Candidulisque humeros, candidulisque sinu,
 Seu labris querulis titubantem sugere lingua,
 Et miscere duas iuncta per ora animas,
 Inque peregrinum diffundere corpus vtranque,
 Languet in extremo cum moribundus amor.
 Me breue, me longum capiet, laxumque tenaxque,
 Seu mihi das, seu do lux tibi basiolum.
 Qualia sed sumes, nunquam mihi talia redde:
 Diuersis variis ludat vterque modis.
 At quem deficiet varianda figura priorem,
 Legem submissis audiat hanc oculis,
 Ut quot vtrique prius data sint, tot basta solus
 Dulcia victori det, totidemque modis.

BASIVM XI.

Basta laeta nimis quidam me iungere di-
 cunt,
 Qualia rugosi non didicere patres.

Ergo,

BASIO. LIB. 98

Ergo, ego cum cupidis stringo tua colla lacertis,
 Lux mea, basiolis immorior que tuis,
 Anxius exquiram quid de me quisque loquatur?
 Ipse quis, aut ubi sum, vix meminisse vacat.
 Auduit, et risit formosa Neera, mecumque
 Hinc collum niuea cinxit et inde manu,
 Basiolumque dedit, quo non lasciuus unquam
 Inseruit Marti Cypria blanda suo.
 Et, quid, ait, metuis turbæ decreta severæ?
 Causa meo tantum competit ista foro.

BASIVM XII.

Quid vultus remouetis hinc pudicos,
 Matronæque, puellulæque castæ:
 Non hic furia Deum iocosa canto,
 Monstrosæque libidinum figuras,
 Nulla hic carmina mentulata, nulla
 Quæ non discipulos ad integellos,
 Hirsutus legat in schola magister.
 Incermeis cano basiationes,
 Castus Aoniæ chori sacerdos:
 Sed vultus adhibent modò huc proteruos
 Matronæque, puellulæque cuncte,
 Ignaræ quia forte mentulatum
 Verbum diximus, enolante voce,
 Ite hinc, ite prociù, molesta turba,

N. ij

IO. SECVNDI

Matronaque, puellulaeque turpes:
Quanto castior est Neera nostra,
Quae certe sine mentula libellum
Manuit, quam sine mentula Poëtam?

BASIVM XIII.

Languidus è dulci certamine, vita, iacebã
Exanimis, fusa per tua colla manu.
Omnis in arenti consumptus spiritus ore,
Flamine non poterat cor recreare nouo.
Iam Styx ante oculos, & regna carentia sole,
Luridaque annoſi cymba Charontis erat:
Cum tu ſuauiolum educens pulmonis ab imo,
Afflaſti ſiccis irriguum labiis:
Suauiolum Stygia quod me de valle reduxit,
Et inſit vacua currere naue Senem.
Erraui, vacua non remiget ille carina,
Flebilis ad Mæncis iam natat umbra mea:
Pars animæ, mea vita, tuæ hoc in corpore viuit,
Et dilapſuros ſuſtinet articulos:
Quæ tamen, impatiens, in priſtina iura reuertit
Sæpe per arcanaſ nitiſur ægra vias.
Ac niſi dilecta per te foueatur ab aura,
Iam collabenteis deſerit articulos.
Ergo, age, labra meis innecte tenacia labris,
Aſſidueque duos ſpiritus vnus alat:

Donec,

BASIVM LIB.

99

Donec, inexpleti poſt tædia ſera furoris,
Vnica de gemino corpore vita fluet.

BASIVM XIII.

Quid proſers mihi flammeum labellum?
Non te, non volo baſiare dura.
Duro marmore durior Neera.
Tanti iſtas ego vt oſculationes
Imbelleis faciam, ſuperba, veſtras,
Vt, neruo toties rigens ſupino,
Pertundam tunicas meas, tuãſque,
Et deſyderio furens inani,
Tabeſcam, miſer, æſtuante vena?
Quò fugis? remane, nec hos ocellos,
Nec nega mihi flammeum labellum:
Te iam, te volo baſiare, mollis,
Molli mollior anſeris medulla.

BASIVM XV.

Adducto Puer Idalius poſt tēpora neruo,
Stabat in exitiũ, pulchra Neera, tuũ:
Cum frõte, ſparſoſque videns in fronte capillos,
Luminaque argutis irrequieta notis,
Flãmẽolãſque genas, & dignas Matre papillas,
Iecit ab ambigua tela remiſſa manu:
Inq; tuas curſu effuſus pueriliter vlnas,

N ij

IO. SECUNDI

Mille tibi fixit basia, mille modis,
 Quae sicco tibi myrtheolos, Cypriosq; liquo-
 Peccatis affharunt, vsq; sub ima tui: res
 Iuravitq; Deos omnes, Veneremq; parente,
 Nil tibi post unquam velle mouere mali.
 Et miremur adhuc cur tam tua basia fragrent?
 Duraque cur miti semper amore vaces?

BASIVM XVI.

L Atona nino sidere blandior,
 Et stella Veneris pulchrior aurea,
 Da mi basia centum,
 Da tot basia, quot dedit
 Vari multinolo Lesbia, quot tulit:
 Quot blanda Veneres, quotq; Cupidines
 Et labella pererrant,
 Et genas roseas tuas:
 Quot vitas oculis, quotq; necis geris,
 Quot spes, quotq; metus, quotq; perennibus
 Mista gaudia curis,
 Et suspiria amantium:
 Da, quam multa meo spicula pectori
 Inseuit volucris dira manus Dei:
 Et q; multa pharetra
 Conservauit in aurea,
 Adde & blanditias, verbaq; publica,

Et

BASIO. LIB. 100

Et cum suaicrepis murmura sibilis,
 Risu non sine grato,
 Gratis non sine moribus:
 Qualeis Chaonia garrula motibus
 Alternant tremulis rostra columbulæ,
 Cum se dura remittit
 Primis Bruma Fauoniis.
 Incumbensque meis, mentis inops genis,
 Huc, illuc, oculos volue natatilis,
 Exanguemque lacertis
 Dic te sustineam meis.
 Stringam nexilibus te te ego brachiis,
 Frigentem calido pectore comprimam,
 Et vitam tibi longi
 Reddam afflamine basij,
 Donec succiduum me quoque spiritus
 Illis roscidulis linquet in osculis,
 Labentemque lacertis,
 Dicam, collige me tuis.
 Stringes nexilibus me, mea, brachiis,
 Mulcebis tepido pectore frigidum,
 Et vitam mihi longi as-
 Flabis rore suauij.
 Sic cui, mea lux, tempora floridi
 Carpamus simul, en iam miserabileis
 Curas agra senectus
 Et morbos trahet, & necem.

N inj

BASIVM XVII.

Qualem purpureo diffundit manè colorem
 Quæ rosa nocturnis voribus imma-
 duit:

Matutina rubent Dominæ sic oscula nostræ,
 Basialis longa nocte rigata meis:

Quæ circum facies niueo candore coronat,
 Virginis vi violam cum tenet alba manus.

Tale nouum seris cerasum sub floribus ardet,
 Aestatemq; et ver cum simul arbor habet.

Me miserum, quare, cum flagrantissima iungis
 Oscula, de thalamo cogor abire tuo?

O saltem, labris serua hunc formosa ruborem,
 Dum tibi me referet noctis opaca quies.

Si tamen interea cuiusquam basia carpent,
 Illa meis fiant pallidiora genis.

BASIVM XVIII.

Cum labra nostræ cermeret Puella,
 Inclusa circo candida figura,
 Vt si quis ornet arte curiosa,
 Corallinis eburna signa baccis,
 Fleuisset ferit Cypris, & gemendo
 Lasciuientis conuocasse Amores,

Et quid

Et, quid iuuat, dixisse, purpuratis
 Vicisse in Ida Palladem labellis,
 Et pronubam magni Iouis Sororem,
 Sub arbitro pastore? cum Neera
 Hec antecellat arbitro Poëta?
 At vos furentes ite in hunc Poëtam,
 Et dira plenis tela de pharetris
 In illius medullulas tenellas,
 Pectusque per, iecurque per iocosum,
 Distringite acres perstrepenste coruu.
 At illa nullo perterepeat igne,
 Sed tacta pectus plumbea sagitta,
 Torpescat imas congelata venas.
 Euenit, imis vror in medullis,
 Et torrido iecur liquecit igne:
 Tu sulta pectus asperis pruinis
 Et caute, qualeis aut maris Sicani,
 Aut Adriæ vnda tundit aestuosa,
 Secura ludis impotentem amantem
 Ingrata, propter ista labra rubra
 Laudata pleëtor. Heu, miscella nescis
 Cur oderis: nec ira quid Deorum
 Effrena possit, & furor Dionæ.
 Duros remitte, mollicella, fastus:
 Istoque dignos ore sume mores:
 Et quæ meorum causa sunt dolorum,
 Mellita labris nocte labra noferis:

IO. SECVNDE

*Haurire possis vt mei pusillum:
Præcordis ex intimis veneni,
Et mutuis languere victa flammis,
At nec Deos, nec tu time Dionea:
Formosa Diuis imperat puella.*

BASIVM XIX.

MElilega volucres, quid adhuc thyma
cana, rosasque,
Et rorem vernæ nectareum violæ
Lingitis? aut florem late spirantis anethi?
Omnes ad Domine labra venite meæ.
Illa rosas spirat omneis, thymaque omnia sola,
Et succum vernæ nectareum violæ:
Inde prociil dulcis auræ funduntur anethi,
Narcissi veris illa madent lacrymis,
Oebaliq̄ue madent iuuenis fragrante cruore,
Qualis vireyque liquor, cum cecidisset, erat,
Nectareque ætherio medicatus, & aëre puro,
Impleret fetu versicolare solum.
Sed me, iure meo libantem mellea labra,
Ingrata socium ne prohibete fauis.
Non etiam totas auidæ distendite cellas,
Arescant Domine ne semel ora meæ,
Basiæque impressans siccis sitientia labris,
Garrulus indicij triste feram precium.

Hæu,

BASIO: LIB. IOE

*Hæu, non & stimulis cõpungite molle labellū:
Ex oculis stimulos vibrat & illa pareis,
Credite, non vllum patietur vulnus inultum:
Leniter innocuæ mella legatis apes.*

IN IOANNIS SECVN-
di Basia,

ANDREAE ALCIATI
Iuriconsulti
EPIGRAMMA.

EXtremum si post tot dulcia basia finem
Neera concepit tibi,
Quin illum potius celebras? noctesque beatas
Ad alta tollis sidera?
Si non cõcesit, et adhuc tua messis in herba est,
Quò tot cataglottismata?
O segnem Veneris tyronem, & perdere dignū
Que iam recepit præmia!

IN EADEM BASIA
G. Cripij I.C. Epigramma.

Si quæ lacteolis genis Neere,
Si quæ purpureis labris dedisti,
Illi basia tam suæve grata,

IO. SECUNDI

Quam quæ versiculis tuis Secunde
Doctis et lepidis tulisti ad astra,
Doctis basi ab omnibus probantur,
Fallor, basi ni illa tam beata
Quaedam gaudia sint beatiora,
Et suavius his quid insecutum.

IOANNIS SE-
CVNDI HAGIENSIS
Epistolarum Liber
Primus.

AD EVERARDVM FRA-
trem, Epistola Prima.



Te salutatum sine me, mea
carmina fratrem,
Cur mihi nunc versus nõ
datur esse meos?

Ite leues elegi, nec vos inuisse
pigebit.

Ite citi, doctam iam da-

bit ille manum.

Moxque resignatos plarida vos audiet aure
Narrantis animi nuncia certa mei.
Hæc igitur nostro referetis nomine fratri,

O, ego

EPISTO. LIB. I. 103

O, ego quæ vobis demptum onus hoc cupiam?
Me retinet falsis infausta Valachris terris,
Oceanus tumidis quam vagus ambit aquis.
Nulla vbi vox auium, pelagi strepitii vndique
murmur,

Cælum etiam laygæ desuper virget aqua.
Flat Borcas, dubiisq; Notus flat frigidus Eurzus
Felices Zephyri nil vbi iuris habent,
Proq; tuis vbi carminibus, Philomena canora
Turpis in obscæna rana coaxat aqua.
Si quærèt quid agam, namque hoc quæreret scio,
quod non

Sum simul hoc doleo, cætera letus ago.
Quodq; magis placeat, pater illi salus, et omnis
Turba valet, morbos nec timet illa grauis.
Mittor et nobis hæc terra futura videtur,
Nempe semel nostris exaturata malis.

Quod reliquum, Icarias dices meditarier alas,
Quis possim liquidas rite secare vias,
Et subito optatas nouis ales cernere sedes,
Oraque germani cernere chara mei.

Talia nunc meditor, modo quæ mihi Dædalus adsit,
Qui pennas humeris applicet arte meis.
Non ego ventosis peterem sublimia plumis,
Vetus ad igniferi feruida regna Dæi,
Nec Zeländiaco facerem noua nomina ponto,
Sed sequerer monitus Dædale magne tuos,

IO. SECVNDY

Quod si nõ dabitur, naturaque dura repugnãs
 Non patitur vetitas nos penetrare vias,
 Attamẽ haud longo pöst illum tempore cernã,
 Ad uctus celeri per frãta vasta rate.

AD EVNDEM

Epistola II.

Musa ades huc, Phrysiã procul hinc, pro
 cül ibis ad vrbeis,
 Per sylvas, vrbeis, per mare, per fluuios,
 Nec te longinquas pigeat volitare per oras,
 Est vbi barbarico proxima terra solo,
 Terra procul gelido Septem subiecta trioni,
 Terra procellois frigida quassa vadis:
 Nec refugii mores faciant, aut grandia verba,
 Quominus incepta progrediare via:
 Certa sacros Vates terris habitare profanis,
 Numina Musarum qui veneranda colant.
 Certa tuas illuc quoq; comigrasse Sorores,
 Deserta vitrea pridem Helyconis aqua,
 Ex quo, Germanos Vates celeberrimus inter,
 Rudolphus Phrysiã lausque decusq; soli,
 Dulcẽa contentis modularis carmina neruis,
 Traxit Apollineas in sua vota Deas.
 Cui modò successit terra nutritus eadem
 Hermannus studij factus ad omne genus

Hompins

EPISTO. LIB. I. IO4

Hompins, Ausonius rediens qui nuper ab oris,
 Doctas Romanæ rettulit vrbeis opes.
 Nõ minor hic vestræ fuerit mox gloria turbae,
 Gloria erit patrio nec minor ille solo.
 Quid petis ulterius: cuius modò limina vives
 Aonias adamat frater & ipse Deas:
 Et poterat viridi sacra cingere tempora lauro,
 Natus ad Orphæe garrula fila lyrae;
 Maluit at tetricæ studiis vigilare Minerva,
 Et colere Astræa numina cælipeta,
 Et iactare foro strepitantia verba disertio,
 Nunc etiam populo reddere iura truci.
 Nec tamẽ ergo min? Musas veneratur, amatq;
 Hæ requies fessi pectoris vna manent:
 His sese oblectat cum magna negocia liquit,
 Atque à dicundo iure subinde vacat.
 Ergo, age, carpe viam, donec Leonardia cernes
 Cominus informi mœnia structa modo.
 Hic cursus, hic meta tui est, hanc incolit urbem
 Pars animi maior, pars meliorque mei
 Germanus, nullis animo delectabilis annis,
 Sive ego quod nunc sum, sive ego pulvis ero.
 Huius ad optatas postquam perueneris adæis,
 Ostendes Lani nomina nota sui:
 Quæ simul ac cernet, dilecti symbola fratris,
 Ibit in amplexus protinus ille tuos. (gabit,
 Adox quid agã, quid mater agat, genitorq; ro-

I O. SEC V N D I

Quid fratres, quid agat deniq; tota domus:
 Vincere quos saluos dices, eademque precari
 Aeternum domui vel meliora sua.
 Mox vbi cognoris valeat qd et ipse, quid vxor,
 Quid dulces nati turba minuta gerant,
 Antè precata viro, qui nūc nouus annus iniiuit
 Illi vt felici fidere totus eat,
 Longinquum reuocabis iter, quaq; iueris, illac
 Ad nos seu terra, seu remeabis aqua.

AD EVNDEM,
 Epistola III.

S Alucto quātūmq; cupis, quātūq; mereris,
 Et domui veniant omnia læta tuæ.
 Accepisse reor (nam iam tibi misimus olim)
 Sculpta per insuetas plumbea dona manus,
 Quæ referūt patrios, parua sub imagine vultus,
 Cernere quos vobis dulce, putamus erit.
 Scilicet est aliquid vel sic dilecta tueri,
 Inuida quæ nobis Sors rapit ora procul.
 Sic ego te cupiam, sic coningis ora videre,
 Quantula de vobis pars tamen illa foret?
 Sed meliora feret voluendum tempus, & hora.
 Quæ dabitur toto mox mihi fratre frui.
 Quæ notas audire dabit, quæ reddere voces,
 Interea celeres currite Solis equi.

Tunc

EPISTO. LIB. I. IO5

Tunc mihi narrabis (dulce est meminisse ma-
 lorum)
 Tristia penè oculis tartara visa tuis,
 Rimosamq; ratem, Nautā, Maneisq; vetustos,
 Tantalō, & vitæ cui iecur ales edit,
 Et qui voluit adhuc semper reuolubile pondus,
 Et quibus æternis colla premuntur aquis.
 Tunc, cum sudoris ignoti triste venenum
 Vrgeret vapido bis tua membra toro,
 Furuæque cœpisset Stygio sacra dona marito
 Fatalem crinem vellere Persephone.
 Multiæque præterea, quæ differo tēpus in illud,
 Aduchat alatis quod citò Phœbus equis.

AD EVNDEM,
 Epistola IIII.

E Cce manum chartæ calamūque admo-
 nimus vdim,
 Fratri aliquid nos vis scribere Musæ iube.
 Musa iube, cessas? titubas? hæresq;? quid istuc?
 Vsq; adeo nihil est, quod legat ille, tibi?
 Nos igitur chartis calamū remouemus? & iste
 Ibit in hoc scriptis non oneratus iter?
 Non ita, sed potius schedam sic tradat inancm
 Nuncius, hoc fratri non leue minus erit.
 Triste nihil domui sciet accepisse paterna,

o

IO. SECUNDI

Méque satis memorem sentiet esse sui.
 Artis huic aliquid nostræ si iugimus, & quod
 Carmen in Augustum condidimus tumulû:
 Nil petet ulterius, licet anno ineunte recenti
 Larga dari soleant munera, largæ capi.

AD ISSABELLAM SORO-
 rem, Virginem sacram,

Epistola V.

S Alue, ô, feminei, soror, vnica gloria sexus,
 Inferior nullis Issabella viris.
 Gaudia quanta mihi, quantû inieccre stuporè,
 Depicta articulis verba Latina tuis?
 Quàm pia? quàm lepida? & quàm mellea?
 quàmque venusta?
 Quàm docta? & cunctis illa polita modis?
 O, quoties lecta illa mihi, quotiesq; relecta,
 Nec satiare oculos, nec potuere animum!
 Macie animo, similem nullâ cui nostra tulerit,
 Fortè dabant olim sæcula prisca parcis.
 Credo, æquare suû poterat quæ carmine patrè
 Inclyta Nasonis filia talis erat.
 Tullia talis erat, docto dilecta parenti:
 Talis erat Grachos quæ tulit illa duos.
 Sperare hac qualem licuisset ab arbore fructû,
 Ni tam non apta consita staret humo?

AD

EPISTO. LIB. IO6
 AD CAROLVM SVCQVE-
 tum, Epistola VI.

C Arole, quo nullos duce & auspice ferre
 labores,
 Nec renuam dura mortis inire vias,
 Alpinas qui cum libeat contemnere vallis,
 Quas niuis æternæ cana tegunt maria.
 Cum quo vicino peragrem loca torrida solc,
 Quæque rigent longo non habitata gelu,
 Quæ deserta manent nullis freta nota carinis,
 Terræque non villo vomere secta iacet:
 Prouida ni timidi remorentur verba parètis,
 Spernere quæ pietas officiosa vetat,
 Falsiferiq; senis graue rebus in omnibus astrit,
 Et Deus & series omnis iniqua poli.
 Tûnc igitur Latio felix versaberis orbe,
 Inter honoratos artificesque viros?
 Nos in barbaria virideis sôcorditer annos
 Perdere cogemur? non ita futa velint,
 Quæ satiata reor, quòd te fraudamur eunte,
 Deponent odium, nec mora longa manet.
 Ante dies multos vestigia chara sequemur,
 Tempora fortune cum melioris erunt.
 Interea viuas, qua viuere sorte mereris,
 O, animo semper sedem habiture meo.
 Agmina seu iubar hoc inter vinentia cernam,

O ij

Regna Deae Sicula seu tenebrosa colam.

AD IOANNEM DANTI-
scum Præfulem Culmenscm,
eundemque Poëtam,

Epistola VII.

LAus Vatam, laus magna virum quos in-
sula vestit,
Ore melos Getico qui Latiale sonas:
In quem curarum bona pars secunda recumbit
Regis, Sarmatidum cui famulatur humus.
Hospite quo Scaldis sese miratur, & Isiri
Gurgitibus tumidis iam putat ire parem.
Hocne meas artes etiam Dantiscæ manebat,
Ut traducenda te quoque teste forent?
Hei mihi, quid speras à cælatore Poëta?
Et cui vix primo tempora Vere tepent?
Istam aciem pascit si quid restabit ab auro
Phydiacæ quondam quo viguere manus.
Cum Venus ipsa, sua decus admirata figura,
Dixit, Praxiteli visa ubi nuda fuit?
Cum poterant duri lapides mollescere ferro,
Vnaque certanteis picta vocabat auis,
Æsus pensosque animos sperata voce tenebat
Dædalus in tabula versicolore liquor.

Ausus

Ausus ego tentare nouas temerarius artis,
Vix insaustra rego cæla negante manus.
Felix plebeios si tantum sculperet vultus
Dextera & vltimus non foret ausa vehi:
Obscuris cum nominibus neglecta iaceret,
Non hominum varijs subdita iudicijs,
Cum domini pallore sui, male nobilis esset:
Sed quid ego hæc autem? sera querela mea
est.

E manibus nostris dudum vaga currit imago,
Quæ pia Cæsarei numinis ora tenet.
Nec satis est illud, cupit hanc Dantiscus habere,
Ille cui quicquam sit renuisse nefas.
Accipe, magne pater, tua iussa capeffere fas
est,

Tecum age, si lædet lumina forma rudis.
Mittimus in multas transfusum Cæsara for-
mas,

Sic te velle, mihi dixerat ille tuus
Lædeus vates, luuensis dignissimus, in quem
Pars tibi diffusi multa fauoris eat:
Qui sic ore modos, & acuta temperat aure,
Ut cygnum melius non potuisse recar
illum, Lædeus olim qui fusus in vlnis,
Velauit nuceo corpore furta Iouis.
Mittimus & quædam, quæ te fortasse inuis-
bunt,

IO. SECVNDI

Inter quæ Domina sit quoque forma mea,
Dilecta Domina, Venerem cui cedere Maiores
Noluit, hinc cæli non bene rexit iter.
Hæc quoque stâmiuomis oculis formosa latebit
Vatis amatoris Iulia sculpta manu,
Iulia, quæ nostris viuat celebrata Camænis,
Donec Amor gemitus nesciet, & lacrymas.

AD ANSOVINVM MEDI-
cem Perusinum,
Iuriconsul.

Epistola VIII.

VNde leues veniât tua sub sacraria Musæ,
Ara vbi librantis stat venerâda Deæ,
Quis sue verecundas, quæris, petulantius ire
Iusserit? herbofo à rure tulère pedem.
Mittit Ioannes, quem si te nosse negabis,
Ignotum scit te non tamen esse sibi,
Tempore iam ex illo, cum te mirata docentem,
Hæsit in aspectu concio magna tuo:
Adque tuas voces vocem tenuère tot ora,
Nulla nisi laudes quòd tacuere tuas.
Sed tibi certatim tacito applausère susurro,
Pars vbi tum turba parua stupentis eram:
Et tua, dicebam, veniant ad pulpita longè
Gallica

EPISTO. LIB. I. 108

Gallica quos, & quos terra Latina docet.
Legibus, Ansonine, potens & diuite lingua,
Vnus in Alciati sede decenter ades.
Tu desiderium tanti lenire magistri
Visis, potesq; simul, sed quoque fata velint.
Fata recusârunt votis accedere nostris,
Atra lues serpit per fora, pèrque vias.
Iur in exilium, stant auditoria clausa,
Mutâque non possunt vel sua? damna queri.
Hac inter, nobis spes fulserat optima nuper,
Tecum communi viuere posse casa.
Quæ niueam qua tot vexisset commoda lucem,
Felicem qui te, seu tenuisset ager.
Sive niger lucus, iam tum sacer ille futurus,
Fons tibi seu vitreis ora rigasset aquis,
Murmure te tremulo riuui, te flatibus auræ,
Tèque per immuneræ sylua vocabat aueris,
Acquabat properè distinctos vna colores,
Visa vocare tuas ad sua dona manus.
Ast aliò te fata vocant, patriæque suauis
Ardor, & Ansonidû te remoratur humus:
Quæ tibi victriceis nutrit latissima lauros,
Implicitura tuæ debita ferta come. (hosce
Nos quoque quòd Fortuna vocet dubitamus, &
Fortè breui dulcèis destituemus agros:
Atque vti nam cessent dira contagia pestis,
Linguat & Alciati febris iniqua caput:

Atq; iterum resonet solitis Academia linguis,
Non isto potior terra sit vlla solo.

AD VIGLIVM ZVICHE-
mum Phrifium Iurisconf.

Epistola Nona.

Biturigum muris infectis tabe rapaci,
Qua dulces animas tot posuere viri,
Totq; genas rosea & pallentes ora puella
Lurida transarunt stagna nigrantis aquae,
Exul ab vrbe diu Menetouica rura tenebam,
Exilij socius (quam bene) frater erat,
Cum quo communi partibar fata dolore,
Plus solito tristi pectore multa mouens.
Quisla perpetimur, patriae qui dulcibus aruis
Hospita praetulimus tecta, viasq; sequi.
Tristia multa meo sub pectore condensabam,
Inq; meas cladeis ingeniosus eram.
Languida confecti patris occurbat imago,
Qui, tunc cum miserum liquimus, ager erat.
Matris inexpleta mentem subière querelae,
Seu moriente viro, suo trahente necem;
Omnia sine sti praebant omina casus,
Mens est vicini saga subinde mali.
Functibus aequoreis agitatis flamine nullo,

Nauiæ

Nauiæ versandas turbine nouit aquas.
Nos quoq; percussit maestam sine vulnere men-
tem,

Heu, veniunt nostrae flabra maligna rati
Diximus, & longas querula in suspiria nocteis
Traximus, & nigros per loca sola dies.
Has inter curas tua, mellitissime Vighi,
Candida felici litera venit aue.

Aspexi, & subito sensi per membra calorem,
Et rubor in toto plurimus ore fuit.

Necdum certus eram, cuius foret illi sodalib;
Pectoris hanc chari sed fore certus eram.

Prodidit at Dea te, quæ te iam prodidit orbi,
Virgineam rutila caeside pressa comam.

Felix quæ signat quos dicat & ipsa libellos,
Et micat in digito gemmea forma tuo.

Hanc vbi conspexi, certè hic est Viglius, in-
quam.

Et tanti veteris cura sodalis erat?
Vt sibi de charis tantum decerperet horis,
Huius longinquis quod daret alloquii?
Protinus abrumpens chartæ retinacula, vidit
Nomen, honoratum quod mihi semper erit.
Pectore dein auido dulcissima verba vorant,
Quæ mihi lætitiæ causa perennis erunt.
Quorum tunc nobis sensum patiemur abesse,
Corpore ab hoc animâ quum patiemur ag:

IO. SECVNDI

*Ille semel magnos mihi discutere dolores,
 Illa legam, quoties non bene latus ero.
 Namque velut densa quibus est iter arbore
 clausum,
 Ducit vbi incertos semita falsa pedes,
 Inque vias varias vestigia circumflectit,
 Semper et exponit deteriore loco,
 Visa per angustam rimam seu visa videri
 Plana graueis animis arua repente leuant:
 Talis in his tenebris tua venit epistola nostris,
 Nigraq; suffudit lumina luce noua,
 Candidior nocteis primum treis sole secuto,
 Alomenæ è thalamis astra petente Deo.
 His ego delitiis seu pondera diuitis auri,
 Purpurei spolum seu maris anteferam?
 Quasque tulit flauis toties Campania messeis?
 Quasq; tulit toties vina Falernus ager?
 Non ego sum talis, nec sic alienor ab illis,
 Timula que liquido vertice plectra mouent,
 Nec, mihi que tribuunt que non agnoscere
 possum
 Illa mihi præcij verba minoris erunt.
 Dicta mihi credam, fucro quum dignior illis,
 Interea affectus sint mihi signa tui.
 Ne tamen ignores quem te dignaris amico,
 Deceptum ne te forte queraris, habe.
 Nò est q. Fabios, Gracchos, Syllasue loquat,ur,
 Sitque*

EPISTO. LIB. I. 110

*Sitque peregrina ciuis in Armenia,
 Et quotus à primo Cræsus spoliauerit orbem
 Nouerit, et quanto sole Calefcet Arabs,
 Aut qui multa fori variantis iura notarit,
 Aut qui Pegasea labra rigarit aqua,
 Non tecum ingenio, tecum contendet ampre,
 Legibus his dextram dat tibi, datq; fidem,
 Quam non vlla sua rumpent vertigine secla,
 Nullaque diuellent inier vtrunq; loca.
 Annuis, et talem non assernaris amicum,
 Annuit intonsa Phæbus et ipse coma,
 Et dixit, rata sint hæc foedera, dum mihi duris
 Barba genis, nullus fronte capillus erit.
 O, igitur, nullos animo delende per annos,
 An tecum sandi tam citò finis erit?
 Nec tibi fortune patefient omnia nostra,
 Siue leuet, pressa seu grauet illa manu
 Scribere consuemus quo delectentur amici,
 Primus eris gemitu qui feriare meo,
 Dignus nullorum qui spectes ora dolentum,
 Cunctaq; cum risu tempora lucis agas.
 Non tua damna leges, at maxima dâna tuorū,
 Quæ tibi sunt propriis non leuiora malis.
 Deferuit nostras spes, et migravit in altum,
 Hei mihi, tarda negat dicere lingua, pater.
 Nec nobis licuit quæ munera debebamus
 Regdere, suprema, non iteranda, die.*

IO. SECUNDE

Iam iam claudendis mandata exceperere labris,
 Et cilia extinctis obdere luminibus,
 Et deploratum tumulo componere corpus
 Molliter, & violis spargere triste solum,
 Longe uasq; notas memori mandare sepulcro,
 Quas videat properans, & remoretur iter
 Hospes, & humentis agrè comescat ocellos,
 Et dicat, cinis hic nobile pectus erat.
 Hoc fuit, hoc igitur, quod tot monuere dolores,
 Visaq; germano somnia, visa mihi.
 In quibus, hac ipsa nobis oblatas in vrbe,
 Visus erat senium iam posuisse suum,
 Et florere nouo nimium iuueneliter auro.
 Floret, at, heu, nostris aruit ille bonis.
 Floreat, & virideis annos in valle resumat,
 Myrtea quâ longo Vere tepefcit humis.
 Nos humiles animæ externo repemus in orbe,
 Dammati lacrymis, cladibus, exilio:
 Felices solis, si quos numeramus, amicis,
 Qui stabiles verè sint, similesq; tui.
 Hæc ego nõ potui, quàmuis lacrymosa, tacere:
 Forsitan huc tristes me rapuere modi,
 Natâq; flebilibus tantum miseranda querelis,
 Passibus imparibus qua Dea frangit iter.
 Scilicet hoc vultu quum nos Elegeia vidit,
 Credidit ad lætus se tumulosq; rapi:
 Nec mora, composuit dissoluit mœsta capillos,
 Nec

EPISTO. LIB. I. III

Nec mora, cupressum mouit utraq; manu,
 Eune reasq; faccis circum mea pulpita vidi:
 Quid facerem? potui nil, nisi quale vides.

AD IOACHIMVM

Politen,

Epistola x.

N^o quid vbi manibus sese tua litera no-
 stris
 Obtulit, & cupidis auribus hausta fuit,
 Tunc subisse meum plenissima gaudia pectus
 Credis, & immemorem penè fuisse mei?
 Qualem animum vidi? vel qualia carmina logi?
 Carmina Apollineis emodulata sonis.
 A quibus & titulos & nomina deme locorū,
 Naso sua dicit hæc perarata manu.
 Hæc quoque blandæ videns operosi Musa Pro-
 perti,
 Inijciet dominas in tua scripta manus.
 Sed quid ego venerer diuini carminis artem?
 Maius ibi quiddam, quo capercimur, erat,
 Illic exemplar sinceri lucet amoris,
 Qualis Saturni tempore rarus erat,
 Qualis erat iuuenis Phœcæi, qualis Orestis,
 Hic cum pro socio vellet, & ille, mori.

IO. SECVNDI

Hunc ego non redamem, non hunc complectar
amicum?

Altera pars anime non erit iste meae?
Invida sed rebusq; hominum contraria fata
Cur non vnanimis vrbs tenet vna duos?
Non vllum nobis simulacrum maius haberet
Ille se fidei vniua posteritas,
Non tibi me frustra tua somnia sepe reducit,
Et tibi rara mei non memor hora venit,
Ignibus aethereis haec est vis insita quondam,
Absentis tacito sidere multa monent.
Anne putas vacuum sine te mihi tēpus abire?
Semper in obtutu stas Ioachime meo.
Stant tecum dulces, quorum es pars magna,
sodales,

Mens quibus à nobis non aliena fuit.
Si toties aliquid de me tibi somnia narrant,
Nostra tui quoties pectora tangit amor,
Morpheus haud alio vultu te visat oportet,
Qua nostro, aut similis si qua figura meae est.
Si tibi transfundunt affectus numina nostros,
Saepe fatigamus sidera, saepe Deos,
Tēque fatigamus, cui forsā dulcius esset
Conterere in cura commodiore diem.
Iam potes è nostris fessus quoq; versibus esse,
Et breuius cuperes me, meliusq; loqui.
Forsitan & charitam voluendo saepe tueris,
Quod

EPISTO. LIB. I. 112

Quod sis emensus, quod tibi restet, iter.
Perfer, & obdura, tu carmina nostra petebas,
Scilicet, ilia putans plena salt, & Vnere:
Ergo alacri vultu lege, nec mala dixeris esse,
Illa sed auriculis finge placere tuis,
Vtq; potes, lauda, gemino ne angare dolore,
Versiculisq; meis, iudicioque tuo,
Quod si digna tuis ferrem tibi praemia votis,
Et nisi, quam tibi tu, mittor ipse forem,
Dij magni, quantum horribilem, sacrumque li-
bellum!

Carminis acciperes quanta venena mei.
Sed te, correctum leniter, dimittere certum est,
Vt minimo discas cautior esse malo.
Ascribam tantum, quod opinor, scire laboras,
Quae via sit vitae nunc ineunda mihi.
Me mea ad Herculeas inuitant fata columnas,
Languida quā Phœbi plaustra cadentis
eunt,
Inde alias fortē, atq; alias peragrabitur orae,
Hoc est humanae conditionis opus.
Et certē iuuat hoc, vt cum me fata reposcent,
Cedere perspecto lenius orbe queam.
Multos longinquo Fortuna beauit in orbe,
In quorum numero me quoq; forsā habet.
Multos crudeli fato sine honore iacentis
Dira peregrina vix bene texit humo.

IO. SECVNDI

Quis scit an illorum numero quoque forsitan
addat,

Nec sinat in patria me regione mori?
Vt mea transcurrat contemnens ossa viator,
Ignotumque oculo nomen eunte legat,
Et dicat, patria quis te mutare relicta
Ferventis alio sole coëgit agros?
Ante foreis Domina melius tumulasset inertē
Pars superiniecti non onerosa soli.

AD SIBRANDVM
Oconem,

Epistola* x i.

Quam sibi de multis iunxisse sodalibus
vnum

Antiqua voluit perpetuāq; fide,
Hanc tibi tam longē mittit Sibrande salutem
Ianus, & inquit sedulus equid agas?
Num valeas, fortis que tuæ sine nube sinistra,
Hæc tibi florentis tempora veris eanti?
Nam sine me, memini, mihi te narrare solebas
Ducturum mæstos & sine sole dies,
Qui nunc in vana me sollicitudine rides,
Et memor in lectis vix potes esse mei:
Inque sinu dominae lenta cervice recumbis,
Oreque

EPISTO. LIB. I.

113

Oreque de roseo mellea dicta legis:
Qualia deposuit amato verba marito
Pastoris Phrygij Tyndaris in gremium.
Aut tentas varias, domina ridente, choreas,
Aut studiis alacer dulcibus inuigilans
Colligis à magno legum decreta magistro,
Vnde tibi vix fama sequentis eat,
Interea nostri tantum à te cura recessit,
Quantum de Ligeris flumine Scaldis abest.
Hoc ego vaticinor, sed si mihi diceret idem
Cynthius, oraculo non foret vlla fides.
Non ego Dodonæ dicenti talia credam,
Tu quoque si iures per sacra perq; Deos,
Et probus & verax longo mihi cognitus vstis,
Scilicet hoc vno nomine vanus eris.
Te mihi iunxerunt niuei, sine crimine, mores,
Simplicitasq; sagax, ingenuusq; pudor,
Et bene nota fides, & candor frontis honestæ,
Et studia, à studiis non aliena meis,
Addidit his tacitos notus, motusq; benignos,
Et nodo vinctum duxit vtrumque pari
Natura omnipotens, & si quod numen amicus
Præsidet, & sanctas iungit amicitias:
Artibus occultis, Puerique volatilis instar,
Tela gerit pharetra forsan acuta gravi.
Credo equidem, venis hominum quoque spici-
cula mergit,

P

IO. SECVNDI

Ventilat accensus & Deus ille faccis.
 At non ventosis hinc illuc fertur ab alis,
 Explorat dubio nec pede cæcus iter.
 Prouidus arcana tangit præcordia flamma,
 Concordis vitæ quam tenor vnus alit.
 Quæ sine fraterni languescit nodus amoris,
 Nec bene natorum cum patre constat amor.
 Quid nisi me fallo, quisquis fuit ille Deorum,
 Coniunxit nostras complicuitq; manus,
 Cùm primùm patrio prouectus ab orbe subisses
 Docta vetustorum mœnia Bitturigum.
 Tunc ego te vidi, tunc tecum pauca locuto
 Spes inconcussa venit amicitie:
 Tu quoq; visus eras votis accedere nostris,
 Et sensu tacito iam bene velle mihi,
 Forsitan haud aliis pepigerunt foedera sacris,
 Ad quorum stupuit Cerberus ipse fidem:
 Cùm viuis viuum Theseus comitatus amicum,
 Tranauit Stygias, & remeauit, aquas.
 Tempore liuescit sublimi vitis in vltimo,
 Tempore florentis spica colorat agros,
 Tempore distincto signantur poma rubore,
 Flumina temporibus, tempore crescit amor.
 Hei cur non nostri (quid enim iucundius esset)
 Tempora conuictus plura dedere Deis
 Exemplum canis essemus vterq; capillis
 Regum seruate semper amicitie.

Nunc

EPISTO. LIB. I. 114

Nunc via, nunc môtēs, & cū tot flumina syluis,
 Mœnia diuisos & numerosa tenent.
 Diuidat & tellus & corpora diuidat æquor,
 At præsens animus hic tibi semper erit.
 Ille vel immensi peragrauerit inuia ponti,
 Et loca quæ nullo sunt pede tacta prius.
 Ille per obstantis muros, obstantia claustra,
 Ingreditur longum clam taciturnus iter,
 Bitturigumq; procul mediam delatus in urbē,
 Sibrandum subito sistitur ante suum:
 Et tecum solitis fallit sermonibus horam,
 Euocat in nostros te quoq; sepe læcis,
 Ac laribus vestris post tempora pauca reponit,
 Et tecum longas itque reditq; vias.
 Qualiter in somnis variis simulacra figuris
 Inuisunt nostros & recreant animos.
 Est sua præteritis in rebus sepe voluptas,
 Tota nec aufugiant quæ placuere semel.
 Arua semel pignus quæ fluminis vnda rigauit,
 Dona diu retinent aufugientis aque.
 Nos quoq; qui nuper tot chara reliquim⁹ istis,
 Temporis exacti sensus & vmbra iuuat.
 Ante meos oculos semper tua currit imago,
 Vmbra leuis corpus currit vt ante suum,
 Arcus à tergo fudit eam lumina Titan.
 Fallor, an & nostri vos quoque cura subit?
 Et longè positi vultum renocatis amici?

P ij

IO. SECVNDI

Et tibi rara mei non memor hora venit?
 Sive aliquid de me clausum sub pectore seruas,
 Omnia nobiscum seu via longa tulit:
 Vne, & amicitias similes tibi collige nostrae,
 Quae minuant vitae tædia longa tuæ.
 Scilicet, hoc miseris Deus vnum dulce reliquit,
 Solamen cunctis & dedit esse malis,
 Sæper habere aliquem cum quo coniungere possis
 Sive tuos lusus, serua sive tua.
 Hoc cuiunque datum est, nunquam sua fata
 gemendo,
 Inuidiam toti mouerit ille polo.
 Sed bene decurse gaudis tramite lucis,
 Laudabit grato carmine sæpè Iouem,
 Qui dederit vitæ primum cognoscere fructum,
 Quo sine, me certè gaudia nulla iuuant:
 Non mensè licet ipse sua me Iupiter addens
 Det Ganymedæa pocula mixta manu.
 Nunc quoniam imprimis scio te cognoscere velle,
 Et quid agam, & quorsum me mea fata
 vocent,
 Imus ad occidui longinqua cubilia Solis,
 Quæ niger auriferas potat Iberus aquas.
 Diu mibi iucundos illic reperire sodales
 Dent, mibi consimileis, nec sibi dissimileis,
 Sed simileis quæ tibi, simileisque sodalibus illis,
 Quos mibi præcipuos Celtica seruat humus.
 Tunc

EPISTO. LIB. I. IIS

Tunc mihi nec longa quæ via longique labores,
 Nec grauis infesto sidere Phœbus erit.
 At tibi tranquillos annos Fortuna parauit,
 Et dotata domi gaudia seruat Hymen,
 Ante tuos viues latus conuiuia penateis,
 Quicquid eris, me morem te iuuat esse mei,
 Et seu læta tuis venient, seu tristia fatis,
 Dicere, quam longè nunc mihi Ianus abest?
 Participem nostri sese daret ille doloris,
 Diuideret mecum gaudia sorte pari.

AD PETRVM
 Clericum,

Epistola XII.

Muse sidereo soboles iucunda Parenti,
 Afflictis requies vnica pectoribus,
 Roscida quæ liquidis ptingitis antra susurris,
 Fida meas semper turba secuta vias,
 Usque fatigati denexa cubilia Phœbi
 Quæ Tagus irrorat diuite flauus aqua.
 Mecum quæ toties sterili recubastis arena,
 In desertorum montibus Arragonum,
 Non ad aquæ curuo serpenteis tramite riuos,
 Mollis vbi in patulos sternitur herba toros,
 Et tremula rami prætexunt desuper umbra

I. O. SECUNDI

Regna natatricum vitrea Naiadum,
 Sæc quæ sicca graui tellus exhausta calore,
 Assidue duros vertitur in lapides.
 Ecquæ de vobis alio discedere gestit?
 Aruâque ferre sacros per meliora pedes?
 Ad fortunatam Belgarum mitteris urbem,
 Quæ nil splendidius spectat vicique polus.
 Huc ades, & cinctæ cursus imitata Dianæ,
 In nodum fufas coge Thalia comas.
 Acrisq; viis pernici labere penna,
 Et pete Maclinia: moenia clara meæ.
 Deq; tibi notis, compella Vatibus illum,
 Qui niueum fusca sub cute pectus habet:
 Pectus candidula pellucidius crystallo,
 Dignus fortuna candidiore frui.
 Notior hoc non est, sed nec tibi gratior ullus,
 Insistis longæ nunc, scio prona viæ.
 Impatiensq; moræ vix iam mandata requiris,
 Quæ tecum nostro nomine pauca feras.
 Vnere me dices, nam quo viuamus in orbe.
 Perdidicit propriis callidus ille malis,
 Sæpe mihi fastum gentis narrare proteruæ
 Suetus, & exiliÿ tædium multa sui.
 Cuncta tamen nobis fratris præsentia chari
 Lenit, & vnanimi fœdere sancta fides,
 Ludimus, & lento perfundimus aspera risu,
 Inq; casa Regum marmora despicimus.

Nec

EPISTO. LIB. I. II6

Nec de mille malis quicquã me duris angit,
 Quam quod abest oculis tã procul ille meis,
 Cuius ego lusus, & cuius seria noui,
 Qui nouit lusus, seria quiq; meæ.
 Carmine qui nomen celebris retinebit in illo,
 Quo cantatâ meæ lumina sunt Domine.
 Hoc mihi purpureis dictatum blanda libellis
 Cypria per populos & freta longa feret.
 Fallor: an hinc fama surgit primordia nostræ?
 Parsq; meæ laudis magna feretur Amor?
 Omnia principiis insunt, Amaryllide lusa
 Martia personuit Tityrus arma virum:
 Illa igitur magnis Aeneæ clara sub armis
 Viuit, Regina nec minor est Tyria.
 Nos quoque maius opus, sed non tam grande
 canemus,
 Dulcis vt in tenebras corruat ille labor:
 Iuncta sed in parua uiuent tria nomina chartæ,
 Quæ legat ignota cuspide tactus amans,
 Concordisq; graui gemitu veneretur amores,
 Et mollem nostris mânibus optet humum.
 Annuit his Phœbusq; pater, doctæq; Sorores,
 Bacchus cornigerum mouit & ipse caput.
 Seu manet hæc illum, seu fors diuersa libellum,
 Mutus at in nostro carmine Petrus erit.
 Mollis in illius surgit mihi nomine versus,
 Crescit & in celeres pagina longa pedes.

P. liij

IO. SECUNDI

Tunc dulces subeunt curæ, tunc verna iuuentæ
 Tempora, & in lacrymas nata puella meas.
 Vulnere cum mecum langueret mœstus eodem,
 Eq; suis gerneret cladibus, eq; meis:
 Eq; meis gernerem flammis, flammisq; sodalis,
 Mouerat ex vna quas face blandus Amor.
 Vnq; nutribat facies, quæ sæpè dolores
 Mentibus, heu, nostris, gaudia sæpè tulit.
 Sed quid præteritæ reuocamus tempora vitæ,
 Turbine quæ rapido vertit iniqua dies?
 Præteriti memores, quantum memnisse iuuabit,
 Carpanus volucris dona diurna more.
 Hei mihi dum repeto veteres ignarus amores,
 Fugit ab aspectu rapta Thalia meo,
 Imperfecta ferens tenuis mandata per auras,
 Præcipitiq; petit regna beata pede.
 Cætera cū charta tibi dextera nostra loquetur
 Petre sodalitiij pars numerosa mei.
 Materiam risus, nam sic lucunde mereris,
 Montibus in nostris carmina lusa damus,
 In quibus omnigenos Regina Pecunia luxus
 Explicat, & nitidas emicat inter opes.
 Qualis in aspectu Latij Cleopatra Tyranni
 Sedit diuitijs orbis amicta vagi.
 Illam ego cum famulis, illam cum diuite cultu,
 Permitto manibus Petre iocose tuis.
 Iusq; tibi trado, quod in hæc mihi cõpetit, omne,
 Et

EPISTO. LIB. I. 117

Et dominum magna te facio Dominae.
 Felix augurium, magnarum accessio rerum
 Iam tibi nimirum, nec mora longa, venit.
 Omnia non fallunt, certè non omnia Vatum,
 Illa suis Vatum suggerit ipse Pater.

AD AVGVSTINVM SA-
 ratum Hispanum,

Epistola XIII.

MVlta quidem noster de te narravit a-
 micus,
 Deq; tuis Musis, deque tuo genio,
 Quam tamen adiecit magna post omnia laudi,
 Vix bene credendis laus dedit vna fidem.
 Dixit, amat, Puerumq; colit, cum Matre,
 volucrem,
 Et versu teneram nobilitat Dominam:
 Iamque nec argutæ cedit Theresilla Corinnae,
 Cynthia nec Coa tam placet in tunica:
 Quod simul ac dixit, subito mihi mentem ani-
 mumq;e
 In desiderium vidit abire tui.
 Cur ita? quod credam nullum sine Amore
 magistro

IO. SECVNDI

*Victuros lepida voce sonare modos.
Sis felix in amore tuo, cultissime Vates,
Et Vati facilis sis Theresilla tuo.
Delia sic, Nemeſisq; tua non inuidia famæ,
Et vocet ad ſocias Leſbia te choreas.*

IOANNIS

SECVNDI HAGIENSIS

Epistolarum Liber
Secundus.

Ad Egidium Buſſydium,
Epistola I.



*Q*uæ tibi præ miſſo gratis
Xenophõte rependam
Munera, Buſſydia cele-
berrimæ gloria gentis?
Mitte miſ pateras gem-
mas mittem⁹, & aurû,
Fortunatorum felicia do-
na virorum?
Hæc mihi dura negat vultu Rhamnusia toruo,
Hæc

EPISTO. LIB. II. 118

*Hæc eadẽ vir magne tibi per multa ſuperſunt.
Quidnam igitur dabimus? fortassis carmina
duro*

*Inconcinna ſono ſtridenti reddere voce
Poſſumus, & præcium donatis dicere rebus.*

*Ergo quot Oceani latitant ſub gurgite pi-
ſces,
Quot volucres agitant celeres per nubila pen-
nas,*

*Quot nutrit vaga terra ſeras, quot ſidera celo
Cernuntur nitidam circum rutilantia Lunam,
Ver blandum auricomis flores quot gignit in
hortis,*

*Quot profert Aeſtas cerealeis torrida ſpicas,
Quot modò produxit tumidos in vite racemos
Autumnus genitor, quot dulcia poma, quot
idem*

*Decuſit flauas ventofus ab arbore frondeis,
Quot modò fundet Hyès niueos cum grâdine
floccos,*

*Tot tibi ſint, pluresq; dato pro munere,
grates.*

*O tibi quanta fuit, quanta eſt quoque, cura
ſouendis
Muſarum aſſiduè ſtudiis, ſacræq; Mineræ!
Nec ſatis eſſe putas factum memorabile fra-
tris,*

VO. SECYNDI

Illius æterna noti super æthera fama,
 Pridem Pierides vitreis Heliconis ab vndis
 Ad patrios qui duxit agros, posuitque superbo
 Marmore laurigeris habitacula splēdida Mu-
 sis

Louanij decus, & terræ ornamenta Brabantæ.
 Quæ nunc cum populis merito certare Latinis
 Audet, & ingenis felix contendere Graiis,
 Et sancta Hebræum mysteria pandere Vatum.

Ergo prius virideis spoliabit frōdibus alnos
 Ver tepidū, glaciēque dabit, gelidasq; pruinas,
 Floribus & pro purpurcis, herbāque virenti,
 Obteget incultas niuibusq; & grādine terras:
 Bruma rigens reddet nudatis gramina campis,
 Floribus ornabit terram, messēque videbit:
 Luna subire volet fraternos ante labores,
 Germanæque suæ nocturnum scandere currum
 Phœbus, & ignotū cupiet volitare per orbem:
 Agricola infido mandabit semina ponto,
 Et flauam mediis segetem refecabit in vndis,
 Bussydiæ gentis q̄ ter veneranda peribunt
 Nomina, & eximij morietur fama laboris.

Hoc facient sacri Phœbeia turba Poëtæ,
 Cura viros quibus est, victuro carmine, claros
 Tollere de nigris tenebrostī faucibus Orci,
 Et vitam post fota nouam præstare sepultis.
 Nos humili interea canimus iuuenilia Musa

Curmi-

EPIST. LIB. II. 119

Carmina, quæ teneros licuit luisse per annos,
 Quos mihi iā primū fatalia numina Parcæ
 Ante dies paucos treis ad tria lustra dederūt.
 Fortē etiam pia si faueat modō turba Sororum,
 Et Deus integri spaciū concesserit æui,
 Maiori meliora tuba, & gratiora canemus,
 Atq; ex mus vestra non vltima buccina laudis.
 Tunc, inter nostri mihi tu, vir maxime, secli,
 Proximus à primo numerabere Maccenates.
 Interea placido, quæ nunc damus, accipe vultu,
 Nōsq; tuos inter, quod iam fecisse videmus,
 Sede vel extrema, pergas numerare clientis.

A D A N D R E A M
 Baucrium,

EPISTOLA II.

I lle ego, qui tenuis versus, & inutile car-
 men,
 Hactenus ingratis nimium (nā vera fatebor)
 Addictus cecini Musis, florentia longūm
 Denius in sterilibus consumens tempora curas,
 Iam demum scriptisq; tuis, verōque potenti
 Admonitus, pluto cunctos ex ordine Vates
 Decies Flacciūque granē, magniūque Maronē,
 Et quē grandiloquū produxit Corduba Vate.

IO. SECUNDI

Quique canit varias aliena in corpora formas
Mutatas, tenerūque docet præceptor Amore,
Mox Oratores, Fatum cum paupere turba,
Ablatos medio, tenebrofa in parte locauit.
In quorum subiere locum Baldique, Cynique,
Atq; alij, quorū tot barbara nomina. Musam
Enarrare piget Latiam, quæ cuncta ubi nobis
Visa peracta satis, sed iam quoque cōuenit, inq;
Quam pergam extremum charis valedicere
Musis,

Carmina pauca prius monitori reddere Vati:
Ac veluti iumidas quondā exturbādus in vni-
das,

Dilectam cytharam tetigit Lesbos Arion.
Sic ego, præruptum iam descensurus in æquor,
Vltima decreram sanste dare carmina chartæ,
Suasoris quibus ingenium laudare Poëtæ
Mens erat, et verbis super æthera tollere di-
gnis:

Imaque, mihi longo ter Calliopa vocata
Murmure, constiterat formoso splēdidā vultu,
Vocalem manibus cytharam prætere vifa.
At simul ingentis vidit, longo ordine, libros,
Sarcina qui valida possint grauis esse elephāto,
Præque Marone suo reperit ignotaque verba,
Ignotaque notus et barbara nomina mille,
Obslupuit, calamūq; meū frūstrata recepsit.

Ergo

EPIST. LIB. II. 120

Ergo tuis si digna minus damus optime Vates,
Tecū age, qui tanto miserū in discrimine ponis.

AD IOANNEM SCHOREL-
lium Pictorem eximium,

EPISTOLA III.

Pictorum sublimis honos, columenque vi-
rorum

Artificū, rudibūque nouū decus edite terris,
Qui procul ad patrios orbis monimēta Latini
Fers agros, Rhenique locas ad flumina Romā:
Accipe Maclinia missas tot ab vrbe salutes,
Quot nostri varios tabule dare ritē colores,
Quot didicisti hominū diuersas ponere formas,
Pingere quot verna solit⁹ super arbore frōdeis.
Has tibi dat, Batanis tecū prognatus in agris,
Qui discedenti nuper tibi pauca, Secundus,
Carmina concinuit, deuota pignora mentis:
Expectatque diem, qua tecum cernere clarī
Mœnia Traiecti, turritaque templa Deorum
Possit, et ingentem Caesar quā Carolus arcē
Tutandis possit populis, Pacique dicauit.
O felicem illum! si te monstrante, videbit
Diuitias, gazasque tuas et quicquid in omni
Vel latet Ansonia, vel Dædala Græcia vidit,

IO. SECVNDI

Fingimus hæc nobis, sed quidnam fingere prodest

*Irrita veliuolas vento iactanda per undas?
Vsq; adeò Batauis studiose finibus arceat
Inuida me fati series, & iniqua tyrannis
Fortuna, quæ Diua potens mortalia versat:
Sed veniet, veniet tempus, licet improba pugnet
Læta hominum Fortuna malis, quod iungere
dextras,*

*Quod notas audire dabit, quod reddere voces,
Si quid vota valent, nec nos tua litera fallit,
Cum te Maclimia iam iam spectabimus vrbe.
Interea, celeri Phæbus fecer aëra curru:
Noctiuagòsq; boues stimulis vaga Luna fatiget.*

AD CAROLVM
Sucquetum,

EPISTOLA IIII.

C*arole, quem nondum visum cogebat a-
mare,*

*Concordeis venerans laudes ex orbe remoto,
Quas tibi certatim cætus cumulabat eorum
Qui mediocre nihil, tantùm sublimia norunt
Tollere, non dociles quæ sunt laudanda silere.
Hæc, quæ longinquas aduenit fama per oras,
Fama*

EPIST. LIB. II. 121

*Fama nigrescētum plumarum tegmine pulla,
Funerea; que facies, atramque ferēs cupressum,
Ora gerens centum lugubre sonantia carmen,
Absorptum fati, & pro dolor, exhalata
Alpinas Sucquetum anima soluisse pruinas.
Ac iuuenile illud, dignū melioribus annis,
Tellure in gelida tabescere corpus, at vmbra
Pallidulas iuisse vias, vbi creditur olim
Portitor incanus cariosam voluere cymbam.*

*Hæc tota miserum funeste nuncia cladis
Mente procelloso sic turbine deiecērunt,
Vt vix crediderim simili iacuisse dolore
Confusam Prognem, ficta cum in morte sororis
Sumere barbarico iussa est lugubria Regi.
Quid facerem dulci iam bis priuatus amico?
Antè quidem, raptò, sed sic vt reddere posset
Si qua dies votis nostris non lenta fauereat:*

*Nunc prociil, in longis iusso dormire tenebris,
Vnde negant oculos vigilēs attollere quæquam.
Quid quereret? tecum mens obsopita iacebat:
Et sine sole dies ibant, sine sidere noctes.*

*Ah, quoties, hærens in tristi carmine lingua,
Deslituit dominum, conantem talia fari!
Tène, ergo, raptū à patria, charaq; parçte,
Infelix iuuenis, primæuo in Veris honore,
Fata peregrino voluerunt puluere claudii.
Taque cito potuit Mors illacrymabilis vna*

IO. SECVNDI

Falce tuos animos, & spes rescare tuorum?
Hoc, hoc illud erat, quod cū te eduximus vrbe,
Quā sinuosa meant opulenti flumina Deli,
Et procul incipiunt Scaldis sentiscere nomen,
Migratēq; sumus loca per concessa secuti,
Sic glacer, sic letus eras: tēque ire videri
Ad conubia dicebas lætōsq; Hymenæos:
Et fortasse tuæ metuebas omina mentis.
Heu, nunc illa iacet legū numerosa sacrarum
Cognitio, mēnsque illa nouem deuota Deabus,
Et chorea, et cātus, & quicqd amabile vitæ est
In tabum tellure nigra depressa recumbunt.
Et quorsum nūc cura? laborque vigilatōtīsq; que
Lux grauis? & toties nūc defraudata sopore?
Silicet, vt dicat multis ē millibus vnus:
Ah, curas, Suequete, tuas, longosque labores
Abstulit hora nocens, & iniqua mersit arena.
Nempe nihil Diuæ potuerunt addere lucis,
Quæ fundunt liquido resides in vertice cantus.
Fila fœnera cohors abruptit, tēque tribus, tres
Præualuere Deæ. Nunc, i, cole sacra Sororum,
Sacra colēs, quicumque cupis per inertia stagna
Ad sedes anidas, & regna tenacia mitti.
Heu fera senties, & lex non æqua Deorum!
Phœbus ad occasum flammæ molitur ab ortu,
Idem florentis iuuenili Veris ab æuo,
Per rapidos æstus, & pomiferos Autumnos,
 Prono-

EPIST. LIB. II. 122

Prouolar ad senium glaciale volubilis anni.
Cū semel occēpit arcu pallescere dextro,
Læua senescenti debentur cornua Lunæ.
At nobis miseris incerta stat orbita vitæ:
Et quoties iuuenile decus properata senectus
Occupat, & medio flores languescere Vere
Cogit odoratos, opulentāque vota caducis
Vellit ab arboribus, truncōsq; relinquit inancis!
Arenteis trunco, & edaci pabula flammæ!
Talia voluentem, & tantum non talia fantē
Vidit, & ora quater mutauit mēstrua Phœbe:
Sōlque vnum cæli spaciū complerat, & ignis
Ægoccerontæi gelidum peragrauerat orbem,
Quum tandē Ausoniis quidā delatus ab oris
Mæ mibi restituit, lærymosiq; nuncia dānās,
Sese oculis vidisse suis tua lumina dixit,
Et tetigisse manus, vocēque hausisse, nec vlla
Narravit venisse tuis incommoda fatis.
Haud aliter stupui, q̄ cū conspexit Orestē
Viuentem germana, cui fimbria dudum
Soluerat, & tristes descuerat ossa per aras.
Tūc mibi visus eras gelidis rediuius abymbris
Illicitis remcasse vias inuatilis vnde.
Et tali iam nolebam caruisse dolore.
Vne tuos annos, & sint tibi mollia fata:
Inque tuā patriam tibi det fortuna reuerti,
Stipatum Musis, & terris exule Diua.

IO. SECVNDI

*Plectit odoratas tibi Flandria læta corollas
Terra parēs, cinctura comā redeuntis Alūni.*

AD M. ANTONIVM CAL-
mum Mediolanen.

EPISTOLA V.

T*V*licet, æternæ media virtutis in arce,
Vrbem quâ posuit Biturix in pinguibus
aruis,

*Dulcibus insudes studiis, labrisque diferti
Alciati excipias semper manantia mella,
Quæ te felicitis tinctum medicamine rovis
Omnia carpenti prohibebunt cedere fato,
Et fama ingenti magnum super æthera tollent:
Nō tamē hæc nostris possunt cōtendere Marce
Deliciis, quas rura oculis gemmantia fundunt,
Deliciis quas ori infundit myrtheus aër,
Et picturata mittunt per inania sylvæ
Auribus, è volucrum modulamine matutino.
Cedere fumosis ignorant prata caminis,
Et flauæ segetes, & opes ter mille colorum,
Fluminisq; obliquas inter crepitantia ripas,
Nec, casa quod parua est, atque obsita marmo-
re nullo,*

Obsita viminibus, nec q; laquearia centum

No

EPISTO. LIB. II. 123

*Non præbent totidē suspensos vesperè lycmos,
Non inuat hoc etiā: liquidas admittimus auras
Sic melius, minimūq; loci est sine mollib⁹ herbis:
Nec tamen hic desit, rabidi quo sideris æstum
Vetorūmq; minas satis excludam⁹, & imbreis,
Aut vbi securos nocturna silentia ponant,
Aut libris, studiisque diurna negocia dedant,
Aut vbi mensa suo spumet genialis Hiaccho.
Ante oculos arx est, quæ colli imposta virētī,
Despicit & sylvas, & prata iacentia longē,
Et longē positas spaciis distantibus vrbeis.
Ipse locus sylua est, neq; desunt numina sylvæ:
Sæpe illic Nymphas, arbusta per arcta vaganteis,
Auritosque Deos stupidi vidēre coloni.
Præsidet his latè regnis venerabilis æuo
Coniuge cum sera, natisque virentibus, heros,
Eloquar an sileam: natā quoq; nutrit in arce,
Formosam, teneram, sed non potes omnia scire,
Incomitata solet syluis hæc sæpe vagari,
Vix inter comites bene dignoscenda Diana:
Nunc vallo conclusa lateq; quæ causa latendi
Finitimi dubitant: sed sunt qui dicere tentent,
Aduenisse nouam Fauni de gente cohortem,
Qui rapiunt quasunque vident per rura va-
ganteis,
In saltibusque vagos tractas, & in inuia sylvæ,
Luctanteis terebrant villosi pondere nervi.*

Q. iij

IO. SECVNDI

Hoc quoq; q̄s credat̄ venādi discimus arteis.
 Atq; vbi luce dies cōpit palleſcere prima,
 Et thalamos egreſſa viri Tibonia cani,
 Ambiguo ſummās aſpergit lumine villas,
 Roranteis per agros, canibus comitatibus, itur:
 Qui poſtq̄ latos cinxere indagine colleis,
 Incauto lepōri, dum ſe mouet, aſilientes,
 Plurima conanti decerpunt vndique vitam.
 Illicet irruimus, prædāmque è dente tenaci
 Vellimus, at fera turba canum latrātia fruſtrā
 Ora mouet, raptōque oculos in corpore figit:
 Miratūſque ſuos aliō tranſire labores.
 Ab, quoties, noto, tutōque cuniculus antro
 Digreſſus, longè & genti deprenſus odoræ,
 Paſſibus hauit æquis fugi t̄mpendentia roſtra
 Laſſus? & exigua ſpoliatur munere vitæ?
 Sæpe manu valida lunamū flexile cornu,
 Aetheria & tenui terebramus nubila ligno,
 Sæpe anima dulci ſpoliamus in ære coruum,
 Sæpe per vmbroſos ſaltus, & denia ſyluæ
 Turbamus ceruæ alipedis veſtigia ferro.
 Perdici quoque pernicies ſuneſta paratur,
 Si quando ſegetes, arbuſtæue tuta relinquit,
 Fatialeſque petit campos ſtridentibus alis:
 Quippe vbi labentem tellus malè fida recepit
 Corpore languidulo, feſſumq̄ labore volādī,
 Hoſtili ſubito circum diſcrimine ſeptus

Multi

EPISTO. LIB. II. 124.

Multi tremit tacitus, dentatq; fata moratur,
 Inſauſumq; animā latrante ſub agmine ponit:
 Nil arteis illi, nec auita ſagacia prodeſt.
 Aut genus à Puerō deductum nobile, primus
 Qui ferram delit, & biſido (mirabile) ferro
 Circum in ſe duxit ſpeciem reuolubilis orbis,
 Quo terræq; fretūq; & magni machina cæli
 Signatur, diſcuntque viri ſua voluere fata:
 Ingentēque Ionem tenui ſiſſendere charta.
 Hæc & plura, velim quæ te cognoscere corā,
 Ab deſiderio reuocant vrbisq; ſacratæ,
 Mellitōque ſodalitio, pars maxima cuius.
 Marce mihi (letor ſic te voluiſſe) manebis,
 Quo te cunq; ferent pennis felicibus auræ,
 Quo me cunq; vehet dubiis Rhānuſia plumis.

AD DIDACVM MENDO-
 zam, Poëtam Hiſpanum,

Epistoła VI.

D Idace, quid fruſtrā, Vate leuitoribus olim
 Aſſuetum numeris, vrges ad grandia
 verba?
 Carminaque integris ſolidè conſtantia mem-
 bris?
 Qualia, cūm magni caneret primordia mundi,

Quij

I O. SECVNDI

Floridus insonuit grandi Lucretius ore?
Magnos magna decet: riuos ego, paruaque
quero

Flumina, nec vêtos, sed lenè persequor auram.
Turbatos alij fluctus maris, & salientis
Neptuni fremitus, & Tethyos vndosâi
Fluctifragis spectent de verticibus scopulorum.
An me nõ potius myrti iuuet umbra venustæ,
Quæ gracile, vernis Zephyris impulsâ, coronâ
Commiserata, meos mecum suspiret amores?
Quam sylua in magna pugnanteis cernere
quercus,

Turbinibus ventorũ in mutua vulnera pulsas?
Quâ pineta graui resonant concussa fragore?
Cumque imis orni radicibus exturbantur?
Nec tenuis cantus datur exaudire volucrum?
Tu, quem per maiora vehit fastigia rerum
Spiritus, ingenti laudis percussus amore,
Et cuius genus heroum de sanguine ductum
Ignorat carmenq; leue, & Musam populare,
Erige te, pete sidera non ignotus auita,
Nec cursum aërio Parnassi in vertice sistas:
Mendoxamq; domũ præclarâ Mariæ togâq;
Qua nil nobilius circumspicit occiduis Sol,
Extremis notam populis, æuque futuro
Effice, diuinis numeris, linguaque disertâ:
Namq; potes, nec te frustra olim gurgite flauo
Excepit

EPISTO. LIB. II. 125

Excepit Tybris, sacris & perluit vadis,
Insignem cythara iuuenem, rursusq; Poëtam
Hispanæ gentis mirata est maxima Roma:
Nec frustra ad sacras cecinit tibi carmina cunas
Calliopæa soror, magnum de cus Heroinis
Hesperis, felix si nunquam fortibus ausis
Cum tenero crudum iunxisset Apolline Mar-
tem,

Nos sine ferre gradum tua per vestigia lentè,
Sæpius atque aliò incertos deflectere gressus,
Atque iterum remeare, iterumque, iterumque
relabi:

Nec tibi displiceat nostræ remulencia mentis,
Infirmitq; gradus: si magnum quisq; Maronè
Acquasset, nunquam didicisset Delia cautos
Fallere custodes, & mensas pingere vino,
Nec nosset succos queis collo liuor abiret:
Cynthia non clausos dilecti Vatis ocellos
Docta reclusisset tremebundo molliter ore:
Nec Veneris Puer indomitus, Nasone magi-
stro,

Maternam cultis iam moribus ingrederetur
Per Romam, patriæ iam non memor amplius
Aethnæ.

Denique si paribus certarent nixibus omnes,
Quot rapiunt volucres Eteo in pulvere currus,
Quis ferret primum palma viridantis honoris?

IOANNIS SE-

CVNDI HAGIENSIS

Odarum Liber

vnus.

CAROLO V. ROMANO.

Impc. Coronato.

ODE. I.



Deste, magni progenies

Patris

Muse, potenti carmina

Cæsari

Câtate, quæ fides prio-
rum

Hactenus haud tetigê-

re Vatum.

Quæ saxa rursus, quæ moueant feras,

Aquas quæ sistant blanda volubilibus,

Quæ mulceant aureis canore

Omnium vbique hominum suauis.

Gaudete ciues, plaudite, plaudite,

Gaudete quotquot terra tenet bonos,

Curasque tristis, atque acerbos

Pellite pectoribus dolores.

Sumpsit sacro debita vertici,

Post

ODA. LIB.

126

Post tot moras, tandem diademata,

Ille optimisquæ, maximisque,

Ille vagum domiturus orbem.

Erro: anme Vati talio feruîdo

Sagax futuri Cynthius indicat?

Quæcunq; suggeris, precamur,

Vt superis rata sint Apollô.

Et noscat Ortus, noscat & Occidens

Vnum potentem Cæsara Carolum:

Quo mitius, clementiusque

Nil dederint tuc, dabunt tuc secla.

Non si recurrant tempora, quæ Iouis

Ferunt Parentem, falciferum senem

Rexisse, cum Fides, sororque

Iusta pio superesser orbi.

Ergo querelas ponite lugubris,

Ergo repostum promite Cæcubum,

Hæc, hæc dies, hæc est choræis,

Hæc rutilis decoranda flammis.

DE VERIS DISCESSV.

ODE II.

I Am Ver præterit dulce, nec amplius

Parui cadem Iuli carmine lugubri

Plorat Daulias ales,

Alta stans super arbore.

IO. SECUNDI

Iam solis radio Cancer inaequat,
 Iam fessus gelidas cum grege languido
 Pastor quaeritat umbras,
 Umbras frigus amabile.
 Et cuius radios antè cupiuerat,
 Vicino nimium plurima Cynthio
 Nunc conuicia fundit,
 Aestus impatiens grauis.
 Sic sic praetereunt tempora, nec manet
 Quicquam, sic fugiens cuncta rapit dies,
 Sic caelo placet, haec sunt
 Anni iura volubilis.
 At quantum fuerat, quantum erat, obsecro,
 Layri miseræ turba hominum Deos,
 Solo Vere suau
 Vti posse perenniter?
 Sic certè Elysij viuuntur in locis,
 Vno perpetuo Vere ubi perfuens
 Felix turba piorum,
 Non soleis capiti graueis,
 Non dira segetem grandinis, & niuis,
 Non horret Boream, nec rabidos Notos,
 Nec triskeis Aquilones:
 Vno flante Fauonio.

AD EGIDIUM BVSLYDIUM
 Iuniorum.

ODE

ODA. LIB. 127
 ODE III.

P Ars, o, meorum magna sodalium,
 Quos vel dederunt tempora, vel dabit,
 Quando illa illa dies erit,
 Qua tecum, socia vrbe,
 Amice longos sepe teram dies?
 Cernamque Musæ delicias tuæ
 Quæ dicat tibi tinnulo
 Suaeis carmine voces?
 Cernamque quas vel Parrhasius tulit,
 Scopasus, quarum diues es artium,
 Solers aut hominem, aut Deum
 Sculpto ponere saxo?
 Vitamque falsam rite coloribus
 Praestare mixtis? & facili manu
 Tabellæ sine corpore
 Tenueis indere formas?
 Sperare de te nam libet hæc mihi:
 Et iam leonem indico ab vnguibus.
 I, quò te vocitat tua
 Virtus, i pede fausto:
 Væcturus olim Bvslidium genus
 Ad alta cœli sidera nobile,
 Quod sublimia vertice
 Iam nunc nubila tangit.
 Nos interim, quando tua cernere

IO. SECVNDI

Sors ora coram non fuit inuida,
 Nobis effigiem tui
 Mitti saepe rogamus,
 Transfusa formis ut mihi pluribus
 Perfet sodalis in memosynon mei,
 Et vel cernere sic queam
 Dilectum mihi vultum.
 Non est quod illa paululum imagine
 Carere nolis, (quam manus insolens
 Fecit nostra, rudem nimis)
 Præsertim reditura:
 At est quod illa nolit imagine
 Carere Ianus, quæ sibi millecum
 Præsentabit amiculum,
 Quocumque ille feratur.

AD AMICVM.

ODE IIII.

ANtè Phœbeo cariturus igne est
 Orbis, & Lunæ gelidos meatus
 Nesciet, linquentque tenebricosum
 Sidera cælum:
 Cancrer ardebat spaciū dici,
 Porriget longas Capricornus horas
 Lucis, & noctis breuiore meta

Tem-

ODA. LIB.

128

Tempora ducet.

Pappis ignotas teret vnca terras,
 Plaustra voluentur liquidas per vndas,
 Piscis in syluis, aper in profundo
 Pabula carpent:
 Quam tui possim possuisse curam,
 Siue quod sum nunc, ero, siue Maneis
 Inter, obscuris habitabo regnis
 Pallida forma.

AD ADRIANVM GOESIVM
 Iurisconf. Vxorem ducturum.

ODE V.

ERGO, dulcis amicule
 Nobis tam citò te subtrahis, & vagis
 Finem ponis amoribus?
 Et te sponte tua brachia mollibus
 Subdens libera vinculis,
 Captiuis hominum cœtibus inferis?
 Sortem seruitij grauem, &
 Passurus domina sceptrâ puellula.
 Visurus tamen interim
 Natos, legitima præmia Cypridis,
 Natos, certa leuamina
 Curarum, & socij pignora lectuli:
 Quos qui tollere negligit,
 Dans in frugiferis semina vepribus,

Ignavus moritur senex:
 Indignisque, cui contigerit parens.
 Ergo, spernere si potes
 Curas, mœstias, vincula, carcerem,
 Dum castus tibi sit torus,
 Et gignas aliquid quod tibi succinat
 Nomen dulce parentibus,
 Aula quôdque tua lusitet, & patris
 Observantibus atria
 Monstrèt ora sui certa clientibus:
 I, quò te impetus impotens,
 I, quò magnus Hymè te vocat, & potens
 Dextra teligera Puer.
 At nos interea, quando relinquimur
 Abs te, cum reliquis tamen,
 Quos non ista tenent iura, fodalibus,
 Donec canities abest,
 Carpatum Veneris gaudia liberæ.

CAROLO QVINTO ROMANO.
 Impe. in Belgicam reduci.

ODE VI.

O, Qui potenti, Carole, dextera,
 (Quod Thyra dudū barbarus innidet,
 Magni quod invidere reges)

Sceptra

Sceptra tenes potioris orbis,
 Quis te Deorum, maxime Caesarum,
 His post tot annos reddidit vrbibus?
 Cœloque natalis sacræque,
 Quæ puerum tenuère, cunis?
 Iam iam sepultæ fletibus, & nigro
 Luctu, ~~exera~~ est reddita patriæ
 Vultu tuo lux, & videntur
 Ire dies meliore sole.
 Implumis vt cum turba relinquitur,
 Deserta nido mater vbi est procul,
 Escamque natis sula quærit,
 Longius & solito moratur:
 Expectat vsque & vsque, querens, querens,
 Intenta seruens lumina perpetim,
 Circumiacenteis aut in agros,
 Aut latera in spaciosa sylvæ:
 Desideratum sic nimium diu,
 Suum vocavit Belgica Casarem:
 Hunc illa votis, hunc poposcit
 Thure Deos, precibusque sanctis.
 Hic ille namque est, numine cuius, &
 Pacata tuti per maris æquora
 Nauta feruntur, datque terris
 Stramina fertilibus colonis
 Securus, & iam non timet, vsibus
 Ne feminarit militis impy:

R

IO. SECVNDI

Per quem per agros tutus it bos:
 Picta pecus terit arua tutum.
 Hic Caesar ille est, qui regionibus
 Exterminabit omne nefas suis:
 Ac exuleis terra Sorores
 Sideribus renocabit altis.

AD NICOLAVM
 Buslydium.

ODE VII.

THrax mouit olim carmine Tigrides,
 Syluasque Vates traxit, & impetum
 Pronae reuerti iussit vnde
 Vocis ad arbitrium canore.
 Idemque Regem, carmine lugubri,
 Cui regna nullis cognita solibus
 Cessere, pallentesque turbae,
 Perculit in sua vota mitem.
 Regina chordis victa potentibus,
 Tepente lauit lumina gurgite:
 Crudelium male Sororum
 Insolito m. aduere fletu.
 Consensit vis Regia vocibus,
 Blandi maritam premis carminis
 Vt per vias nulla remensas,
 Tristibus eripiat tenebris.

Sed

ODA. LIB.

130

Sed dona diris irrita legibus
 Fallax tyrannus fecit, & ò nefas!
 Fatalibus respectam ocellis
 Rettulit in loca fusca prædam.
 Tunc ille longum, munere subdoli
 Frustratus Orci, per Tanai niueis,
 Heu, pèrque Riphæas pruinas,
 Ingemuit gelidis sub antris.
 At tu, nigrantis, si prece, Tartari
 Pro mollicella sollicites hera
 Illacrymabilem cohortem,
 Mobilibus digitisque pulses
 Blandas fides testudinis aureæ:
 Non strictus vllis conditionibus,
 Victor beatus, ad supernas
 Cum Domina reueharis aunis.

DE AMORIBVS
 Francisci Catsij.

ODE VIII.

FRancisci teneris digna caloribus,
 Issabella, meæ proxima Iulie,
 Quocunque orbe moraris,
 Fido in pectore stas tamen?
 E quo nec rapiet te rota temporum,

R. y

IO. SECVNDI

Nec diuersa tuis tot loca memibus.
 Heu, quantum tamen hinc est
 Inter Louanium solis
 Haerent luminibus lumina mollia,
 Arguta, & tacitis subdola nutibus,
 Haerent, atque reuinctum
 Quem cepere semel, tenent.
 Haerent auriculis verba sonantia,
 Quae possunt Superos flectere, quae Deum
 Qui seruat loca tetra,
 Nulli peruia lumini:
 Ad quae cum, tenuem efflatus in aëra
 Francisci gelidus spiritus iuerit,
 Vna voce suauis
 Dilectae Dominae suae,
 Quam terra tumulis obrutus audiet,
 Quam tota excipiet regia nigricans,
 Vno murmure dulci
 In vitam reuocabitur.
 O felix facibus forma potentibus:
 Fas florere meis te quoque versibus:
 Dum fletus Puer ales
 Et supiria nesciet.

AD PETRVM

Baufanum.

ODE IX.

Quisquis

ODA. LIBI

131

Quisquis serena mente, potest suos
 Inter sodales viuere leniter,
 Qui mente coniunguntur vna,
 Et studiis rapiuntur iisdem,
 Illum beatis respicit ignibus
 Distincta caeli regia mobilis:
 Et sortis expertem malignae,
 Collocat in medio Deorum.
 Non liuor illum pallidus occupat,
 Non cura firmum versat & huc & huc,
 Nec sperat vsque latiore,
 Sidere sub meliore, vitam.
 Seu viuat illic, quae freta perpetim
 Astricta canis stant Aquilonibus,
 Seu quae nigros, vsti propinquo
 Sole, trahunt populi colores.
 Sic Petre Musus inter amabileis,
 Interque iunctas brachia Gratiar,
 Risus, iocos, lusus, amores,
 Exilium patriae feramus.

AD AMOREM.

ODE X.

Erone, vitæ quod superest mea,
 Suspiriosus liber Amoribus
 R ij

I O. SECVNDI

Degam: nec in venis calebit
 Ille meis Deus vt solebat?
 Iam, iam remissi pœnitet ocy,
 Iam, iam proterua spicula dextera.
 In pectus hoc, in erme pectus,
 Sparge Puer resonante neruo.
 Vinamque rixas inter & oscula,
 Interq; risus & lacrymas graucis,
 Spemq; & metum, vitã necemq;
 Tempora floridula iuuentæ.

IN CHOREAS AB
 se spectatas.

ODE XI.

CVrru Diones veetus eburneo,
 Vidi modò hic, iam nescio quo loco,
 Calente cursitare mixtas
 Cum iuuenum serie puellas.
 Vna inter omneis florida virgines
 Terram tenello sollicitans pede,
 Versabat in gyrum sequacis
 Secum oculos, animosque turbe.
 Vt rubra puro lacte natans rosa,
 Serpebat albas purpura per genas:
 Frons crine flauo fulgurabat,

Fuluo

ODÁ. LIB.

132

Fuluo vt eburr variatur auro
 Sic illa, membris leta volantibus,
 Producta chari nunc iuuenis manu
 Circùm ibat, intactamque sensim
 Nabat humum trepidate planta.
 Nunc sola, gratis libera nexibus,
 Errabat, huc vibrans oculos & huc,
 Lusuque mobilis proteruo,
 Huncque petebat & hunc, & illum.
 Beata, dixi, terra: vel hos pedes
 Tu bruta senti, vel mihi fac locum:
 Seque illa per pectusque nostrum,
 Per faciemque, oculosque voluat.

AD DEVM OPTIMVM MA-
 ximum, quum tumuluarentur
 Anabaptistæ.

ODE XII.

COnditor terra, vndinagique ponti,
 Aetheris que alti, tibi magnus ather
 Concinit laudes, tibi vasta tellus,
 Et maris vnde.
 Quippe cum, verno redeunte sole,
 Induit frondeis nemus, & Fauoni
 Suscitatur flores genitalis aura

R. iij

IO. SECVNDI

Suaeolentis,
 Cuncta te immensum Dominum fatentur,
 Siue frondosis aqua septa ripis,
 Limpidi fontis referat figuram,
 Siue lapillis
 Pugnet insultans tenui susurro,
 Siue per sylvas Zephyrus sonoras
 Concitat frondeis, volucrésue cantus
 Aethera mulcent:
 Siue oves centum, & totidem capellæ
 Roscidam pascant niuæ per herbam,
 Frigerans quæ fons scatet, & propinquos
 Irrigat hortos.
 Quid maris dicam varios recessus?
 Et quid accessus? pelagique monstra?
 Quid globum Lunæ variis aureisque
 Lumina Phœbi?
 Tôtque diuersorum animantium ora?
 Tôtque diuersas hominum figuras?
 Tot salutareis frutices, & herbas?
 Tôtque nocenteis?
 Arborum & fetus varios coloret?
 Nec minus dulci varios sapore?
 Quæque in aprico trahit vna suauem
 Colle ruborem?
 Vnde iucundus liquor ille Bacchi
 Manat, afflictiis animis leuamen,

Vinciens

ODA. LIB.

133

Vinciens ægrorum hominum suauis
 Pectora vinclo?
 Te Deum, cunctorum operum parentem,
 Cuncta consensu tacito salutant,
 Magne Sol, pulchrique Anima alma mundi
 Te veneratur.
 Arctos æterna glacie stupescens,
 Imbribisque, & fulmine sœtus Auster:
 Quæque surgentem videt ora Solem,
 Quæque cadentem.
 Huc ades, Rex, ô, hominum, & Deorum,
 Si tuas sanctè celebramus aras,
 Et tibi gratos, humili Camœna,
 Dicimus hymnos.
 Bellaque, & sectas hominum nefandas,
 Et mali quicquid vitis meremur,
 Pelle de nostris laribus, foctisque:
 Præcipuè illos
 Qui, nouæ sub religionis vmbra,
 Cæde grassantur, populantur vrbeis,
 Et tuæ genti excidium minantur,
 Dira frementes.
 Frange conatus populi furentis,
 Publicorum ausus cohibe latronum:
 Et tuam nobis placidam, misertus,
 Redde quietem.

IOANNIS SE-

CVNDI HAGIENSIS
Sylvarum Liber
vnus.

DIALOGVS LVCIANICVS
DORIDIS ET GALATEAE:
Latino Carmine redditus.



*Ortè Deæ pelagi, ludentes
littore curuo,
Captabant radios auræ
Phœbe tuos.
Hic Thetis, hic Melite,
Spio, Panopeæq; virgo,
Cymodoce, Doris, &*

*Galatea fuit:
Quum Doris sicto Galatæam molliter ore
Risit, & arguto strinxit amara ioco.*

DORIS.

*Scilicet, egregiè tandem formosus amator
Contigit, ô, felix iam Galatæa, tibi!
Nimirû hic Siculus pastor, prob numina qualis?
Deperit, vt passim fertur, amore tui.*

G.A.

SYLVA. LIB.

134

GALATEA.

*Ne ride: qualis qualis tibi Dori videtur;
Neptuno tamen est de genitore satus,
Neptuno vitreis latè qui præsidet undis,
Neptuno à summo qui Ioue prima tenet.*

DORIS.

*Egyegium verò & sit Neptunia proles.
Esto, sit altifremi filius ille Iouis,
Quum tam deformis sit, agrestis, & hispidus,
& quod
Omnibus est vnum turpius, vnoculus.
An verò genus ad formam prodesse putabis?
Hoc tibi deformis nomine pulcher erit?*

GALATEA.

*Imò nec est deformis, & id quod dicis obesse,
Hoc queat hoc formam nobilitare viri.
Quippe quòd agrestis, quòd & hispidus (hæc
tua nam sunt
Crimina, sic libitum est hæc vocitare tibi).
Haud deformat eû, verû magè Dori virile est,
Crede decet fortis hispida barba viros.
Porro oculus mediâ nitidus qui fronte relucet,*

IO. SECUNDI

Et quem Phœbeæ lampadis instar habet,
Ille etiam decet hunc, huc cernit certis vno,
Quam si vel duo, vel lumina mille forent.

DORIS.

Tu verò mihi iam Galatea videris habere hūc
Non tibi amatorem, verūm adamare magis:
Vsq; adeo laudas, & quæ contraria formæ,
Iam formosa vti sint, atq; decora, iubes.

GALATEA.

Haud equidem hunc adamo: tamē ista insignia
vestra
Scōmata, & insulsos haud queo ferre saleis.
Et planē inuidia huc mera vos stimulare vi-
detur,
Quod vos nō itidē vt me Polyphemus amat:
Quodq; gregē nuper celsa dū pascit in Aethna
Inter lamigeras conspiciendus oueis,
Nosq; procul mixtim per littora picta vagātes
Cernit, vbi pedibus prominet Aethna suis,
Vestram non vllam vel solūm aspexit: at ipsa
Vsa viro cunctis pulchior vna sui.
Mēq; proinde suo dignatus lumine solam est,
Lumine sidereas exuperante facis.

Hæc

SYLVA. LIB.

135

Hæc ea sunt, hæc sunt, quæ peccora vestra re-
mordent:

Hinc illi risus, illepidiq; ioci:
Nāq; hæc cūcta docēt me vos præcellere forma,
Mēq; magis dignā quā Polyphemus amet.

DORIS.

Scilicet, inuideam quod tu formosa videris
Lusco, & pastori quod Galatea places?
Quanquam aliud, que so pomit quidnam ille
probare
Præter candorem, lactea Diua, tuum?
Ille placet, quod lac cibus est & caseus illi:
Quod simile his, pulchrū protinus iste putat.
Tu verò cupis ipsa tuam si noscere formam,
Nec tibi iudicio stulta placere malo,
Pendenti ē scopulo, si quādo silentibus Austris
Pellucens placidis vnda iacebit aquis,
Temet contemplare, precor, dabit vnda colorē
Consimilem lacti, consimilemque niui.
Atqui nulla quidem facies candore probetur,
Candida purpureis sit nisi iuncta notis.

GALATEA.

Atqui ego nacta tamen, quantumvis condida,
qualem

10. SECUNDI

Doris amatorem vellet habere sibi.
Nullaq; de vobis quam vel miretur agaso est,
Vel pastor, vel quam portitor vllus amet.
Atq; alii vt taceã, cãtat Polyphemus in omni
Et calami, & cytharæ, doctus & arte lyre.

DORIS.

Mitte hæc, Diua precor, cantantem audiuius,
in te

Pruriret nuper quum malè sanus amans,
Verùm, ð sancta Venus, rursum in certamina
Phœbum

Excire obstreperus Marsia visus erat.
Quin ter credideram syluis audire rudentem
Vicinis asinum, ter Polyphemus erat.

Ipsiùsque lyra corpus iurare volebam
Cerinum, nudis osibus, esse caput.

Cornua nam extabant cubiti de more recurui:
Quis putet hęc hominẽ? quis putet esse lyra?

Tum verd, inductis silibus, speciosus amator,
Nec iungens sinui barbara monstrã lyre,
Nescio quid tandẽ durũ & stridebat agreste,

Observant partẽis dium lyra voxque suas:
Sic vti non fuerit de cunctis vlla Deabus,

Quæ posset risus aut cohibere iocos.
Quid, quod & ipsa quidẽ nõ est dignata boãti
Respon-

SYLVA. LIB.

136

Respondere Echo, garrula Nympha licet:
Credo, Deam puduit si fortè audita fuisset
Reddere stridentis ridiculòsque sonos.
Quin vlnis vrse catulum formosus amator
Gestabat, lusus, deliciãque suas.
Hirtus erat totus, quo, credo, gratior illi,
Quodd similis setis, & feritate fuit.
Quæ tibi nõ istum talem, Galatea, maritum
Inuideat? quætic hunc nunc velit esse suum?

GALATEA.

Ergo, tuum nobis sit qui formosior, eia,
Monstra, & qui meliùs voce lyraque canat?

DORIS

Nullũ habeo, fateor, nec co me nomine iacto,
Ac si sim multis sollicitata viris.
At verd talem, qualis Polyphemus, amatem,
Totus qui sanic, totus vt hircus, olet,
Quique infelices funesta ad littora pulsos
Deorat, hunc habeas, hunc adamẽsque tibi.
Talia sũt, Nymphas retulit que fama marina:
Multa per alternas dicta dedisse viccis.
Quid iam, quid cæcum non posse putemus A-
morem?

Te quoque formosum si Polypheme facit?

POLYPHEMI

ET NEPTVNI

Dialogus,

Partim ex Homero, partim
ex Luciano de-
sumptus.



Rhatus charo Polyphemus
lumine quondam
Dum cuncta in tenebras
sentit abisse nigras,
Litus, oucis, sese, montem,
mare, deniq; flammis,
Ipsaque luciflui planstra

corusca Dei,
Flebilis obscura titubans errabat in Actibna,
Incusans homines, sidera, fata, Deos.
Annosam tandem pinum tellure reuellit,
Ad mare vicinum qua duce tentat iter.
Iamque propinquat, & id madido pede deni-
que sentit,
Mox oculū liquidis sanguine purgat aquis.
Adur-

SYLVA. LIB. 137

Murmura Neptunus quum forte in fluctibus
imis

Auduit, & moto protulit ante caput.
At verò Natum extincto dum lumine cernit,
Exclamans Genitor littora dira petit:
Protinus agnoscens Polyphemus voce paren-
tem,
Sic sua cum gemitu tristia fata refert.

POLYPHEMVS.

O, mihi nequicquā Pater, ò mihi sepe vocate,
Hospite ab infando quæ modò damna tuli!
Qui mihi fallacis propinans munera Bacchi,
Præripuit sensus, præripuitq; pedes:
Donec in obscuris posita ceruice cauernis
Prostratus, somno languidâ membra dedi.
Hic me crudelis vina inter iniqua sepultum
Furtim adit, atque oculum, heu vèctè mihi
terebrat.

NEPTVNVS.

Quis verò, talcis potuit qui sumere pœnas?
Quisve ausus tantum est, heu, Polypheme
nescis?

S

IO. SECUNDI
POLYPHE.

Esse sibi nomen, Nemo, mihi dicere primum:
Ast ubi cœruleas naue secabat aquas,
Iamque prociis nostris fertur securus ab oris,
Et nullus arcus, spicula nulla timet:
Tum demum insultans, ter se iactauit Vlysses,
Et dedit hæc nostris vltima dicta malis:
Siccine debueras socios, ô perfide Cyclops,
Dentibus imbellis dilacerasse viri?
Si neque nos, neque mortales scelerate timebas
Debebas superos at metuisse Deos.
Debebas metuisse Iouem, qui cuncta videbat,
Præsens hospitibus qui fauet vsq; suis.
Ergo tibi fluidi putrescet luminis orbis,
Et fiet cornus forsitan esca nigris.
Sic meruit lussisse Iouem Neptunie, nunc i,
Crede tuum quidquid præ Ioue posse patrē.
Talìa dum iactat magno temerarius ausu,
Improperatq; eadē non semel ille mihi.
Ira sibi mentem partemque cacuminis alti
Anello, extremis vltima tela malis:
Et quum te genitor supplex in vota vocassem,
Vt regeres ventis pondera missa tuis,
Ad sonitum vocis corpusque et brachia tor-
quens,
Mandauit rapidis saxeæ tela Notis:
Arrectusq; diu stabam, post tempora longa
Quum

SYLVA. LIB. 138

Quum dedit ingentem gleba relapsa sonum:
Et quantum audire è trepidorum voce licebat,
Naue sub tumidas pōndus agebat aquas.

NEPTV.

Iam scio quem dicas: nimirum Ithacesus ille est,
Qui modò ab Iliaca nauigat vrbē domū.
Sed quænam potuit, quinam hoc est ausus
Vlysses?
Iam pridem timidum quē mihi fama refert?

POLYPHE.

Iam saturis ouibus, viridantia prata relinquēs,
Ducebam niuam post meæ terga gregem,
Mare vocoq; ibam nota, cheu, pronus in antra,
Conscia tam miseri non prius antra mali:
Quum subitò apparet multorum turba virorū,
Quid nisi diuitiis insidiat a me?
Hic ego max aditū, ne quisquā euadere posset,
Claudebam, tacita gaudia mente fouens:
Namq; mihi talis olim seruatur in vltis
Maxima, non vllis perra mouenda viris.
Iadè ornum flammis duram crepitantibus vro,
Aethra reuertenti quam mihi fortè dabat.
Tum verò metuens, temati et conscia furti
S. ij

IO. SECVNDI

*V*isa sibi est latebras querere turba nocens.
Corrupi quosdam : nam quid nisi nemppe latrones,

*E*t data sunt stomacho corpora pauca meo:
Quiq; sibi nostras prædam Neptune futuras
Crediderant pecudes, præda fuere mihi.

*P*rotinus hic, seu Nemo fuit, seu dirus *V*lysses,
Cæpit versutos mente agitare dolos:

*E*t mihi, nigrantis falsa sub imagine vini,
Nescio que misero pharmaca mixta dedit:
Pharmaca grata quidem, fragrantia, dulcia,
verum

O, pater, insidiis pharmaca plena malis.
*V*ix summo tetigi labro, & iam cuncta rotabāt,
Imaq; pars antri visa suprema fuit.

*Q*uid multus? solita spoliatum mente iacebat
Corpus, & exanimis iam mihi visus eram:
Quum volucer Stygis allapsus Sōnus ab undis
Percussit ramo tempus vtrumq; suo.

*N*ō procul a mulctra viridis mihi fortē iacebat
Nuper in exitium claua resecta meum:

*H*anc illi incidunt, minima sibi parte retenta,
Atq; acuunt magna sedulitate simul:
Mox etiam veſtem flammæ involuere relicte,

*E*t penitus nobis ignea tela parant.
*S*ic illi ignitum multo molimine fustem
Intorquent oculo terq; quaterque meo:

Donec

SYLVA. LIB. 139

*D*onec inaudito ligni stridore præusti
Excitus, manibus tela reuello meis.
*S*ic tibi, chære Parens, nimirum tempore ab illo
Lumine priuatum iam Polyphemem habes.

NEPTVNVS.

O, quàm Lethæus penitus tua pectora Somnus
Prefferat! ut taleis dum struit ille dolos,
Dum veſtem magno molimine circumuoluit,
Dumque in summo oculi cortice totus erat,
Non vel tum Somno fueris turbatus ab alto?
Iam tulerat cæptis præmia digna suis.

Quanquam non video, quo pacto euaserit an-
trum

Impius, & denteis mi Polypheme tuos.
Haud etenim immanem petram ille remouit,
opinor,

Quam memini vireis exuperare meas.

POLYPHEMVS.

*I*pe ego, seu demens, seu sic mea fata volebāt,
Amoui iratis pondera vasta Deis.
*S*ic ratus, ut nostris cupiens exire cauernis,
Incideret digitis obuia præda meis.
*E*rgo foreis iuxta, manibus venabat apertis,

S. iiij

IO. SECUNDI

Sed non auspiciis Delia magna tuis.
Interea pecudes nullo pastore vaganteis
Carpere per valles pabula grata sino.
Id, heu, sic dicens, aries mea prima voluptas
Tu subeas Domini munia nota tui.

NEPTVNVS.

Mirum ni pecoris latitans sub vellere denso
Illusit caeco turba dolosa viro.
At tu debueras fidos vocitasse sodalis,
Quos alius eclyptum, littora curua tenent.

POLYPHE.

Id feci, & notis subito clamoribus acta
Venit in auxilium turba parata meum.
At postquam insidias quisnam struxisset iniquas,
Et cuperent tanti nomina nosse viri,
Atque ego dixissem, Nemo mihi talia struxit,
Nemo fuit, Nemo qui mala tanta dedit.
Corruptum insolito miserum rata turba furore
Illusit nostris insuper ipsa malis:
Atque abiit, fratremque suum male liquit inultum:
Nomine sic lusit me, Pater, ille suo.
Et, male praecūctis quod adhuc praecordia mor-
det,

Vt

SYLVA. LIB. 140

Vt tenuit medias iam sceleratus aquas,
Multa mihi improperans, illud post cetera di-
xit,
Non te sanabit vel Pater ipse tuus.

NEPTV.

Forti animo fac Nate feras: ego lumen adem-
ptum
Quamuis non possum restituisse tibi,
Vel seruare tamen pelago vel perdere nanteis
Arbitrium saxo me penes esse sciat.
Si c questum quondam Natum festiua vetustas
Tradidit, & contra sic retulisse Patrem.
Qui talis, qui tantus erat, qui merfit in alium.
Efferus omnigenim millia multa hominum,
Qui Natus Neptune tuus, qui denique cen-
tum
Fratribus indomitis seuior vnus erat,
Non potuit superare dolos vnus Ulyssis:
Non potuit vireis vincere Bacche tuas.

S iij

EPI THALA

M I V M.

Omnium obsecrami sumam, et impu-*Ora suauicula, & vlti-**ptuosa,**Hora blanditiis, lepore, ri-**su,**Hora delitiis, iocis, susurris,**Hora suauiolis, pariq; ma-**gnis*

*Cum Diis & Ioue transigenda sorte,
 Hora qua poterat beatiorum
 Nec Gnydi Dea sancta polliceri,
 Nec qui cum pharetra pererrat orbem,
 Curis gaudia delicata miscens,
 Penna splendidus aurea Cupido,
 Magni pronuba nec Soror Tonantis,
 Nec qui floridulas Hymen puellas
 Raptas è gremio tenace matrum
 Inuoluit cupidis viri lacertis,
 Rupis incola floriger canoræ:
 Aduecta est, serie rotante cæli.
 O, felix iuuenis, puella felix!
 Felix sponsæ, cui cupita flamma
 Iam nunc in geminis quiescet vlnis,*

Puella

*Puella ætheria beata forma,
 Qualem magna Venus, vel itque Iuno,
 Et quæ castide Maria refulget
 Sancto vertice procreata Pallas,
 Si iuncta statuant adire valleis
 Vmbrosas iterum virentis Ida:
 Qua spectanda vel hæc, vel hæc, vel illa,
 Quous iudicio superba malum
 Vitrix aureolum reportet astris.
 O felix iuuenis, puella felix!
 Felix sponsa, cui cupitus ardor
 Affusus modò lectulo in beato,
 Stringet colla tenacibus lacertis,
 Insigni iuuenis venustus ore:
 Istis qui roscis tuis labellis,
 Istis qui niueis tuis papillis,
 Isto qui rutilante crine tactus,
 Isto lumine qui loquace victus,
 Iampridem tacito voratur igni,
 Lentissimque increpat vsquè & vsquè Solem,
 Tardamque inuocat vsquè & vsquè Lunam.
 O, felix iuuenis, puella felix!
 Votis feruide sponse parce votis,
 Et suspiria mitte, mitte questus,
 Tempus accelerat suauè: mitis
 Exaudit gemitus Venus suorum:
 Condit Cynthius ora, condit ora*

Sæque gurgite perlucens Ibero
 Cedit noctuagæ locum Sorori.
 Et quo gravior haud relucet ignis
 Coniunctis animis amore dulci,
 Producit caput, emicatque cælo
 Ductor Hesperus aurea cateruæ.

O, felix iuuenis, puella felix!

Iam virgo thalamum subibit, vnde
 Ne virgo redeat marite cura.

Iam virgo niueis locata fulcris

Aduentum cupiet tuum, tremetque

Perfusa ingenio rubore mælas:

Forsan & lacrymis genæ mædebunt,

Et suspiria fundet, & querelas:

At tu nil remoratus, & querelas,

Et suspiria, lacrymâsque tolles,

Abstergens oculos tuo ore, dulce

Murmur pro querimoniis reponens.

O felix iuuenis, puella felix!

Ergo membra vbi virginis decoræ

Felix candida lectulus fovebit,

Membra languidulo parata somno,

Et molli quoque te toro locatum,

Supra purpureos beata reges,

Supra constituet Iouem Dione,

Mox te blandidicis parare rixis,

Mox

Mox te molliculæ parare pugnae,

Motus occipies calore iusto:

Belli prospera signa non cruenti

Figens mille proteruus hic & illic,

Collo basia multa, multa mælis,

Labris basia plura, plura ocellis.

Repugnabit, & improbum vocabit,

Et dicet, satis est, tremente voce,

Arcebitque manu proterua labra,

Propellètque manu manum proteruam.

O noctem ter, & ampliùs beatam!

Pugnet strenua, pugnet illa, pasci

Pugnando teneri volunt Amores.

Pugnando tibi duplicatus ardor

Vireis sufficiet nouas in arma.

Tunc per candida colla, tunc per illud

Quod certat ebori nitore pectus,

Tunc per crura tenella, pèrque ventrem,

Et quæ proxima sunt & huic & illis,

Saltu volue agili manum salacem:

Et tot millia iunge basiorum,

Quot cælum rutilos tenebit igneis.

O noctem, quater & quater beatam!

Nec desint tibi blandulæ voces,

Et quæcumque iuuant perita verba,

Nec cum murmure sibili suauis,

IO. SECVNDI

Qualeis dant Zephyro sonante blanditas
 Frondeis, quale columba, quale cygnus
 Annosus moriente spirat ore:
 Donec victa potentibus sagittis,
 Et caeco Pueri volantis igne,
 Paulatim minis & minis seuera,
 Ponet purpureum toro pudorem,
 Collum in brachia nexuosa dedens,
 Collo brachia nexuosa stringens.
 O noctem quater ô quater beatam!
 Tunc tunc oscula delicata fumes,
 Nullis contemerata quæ rapinis
 Hærebunt vario morata nexu.
 Tunc lusus simileis, paresque virgo
 Reddet delicias, & os hiulcum
 Impridem patulo licenter ori
 Committens, anime libidinoso
 Fragrantis cupidum beabit haustus:
 Mox lusu quoque molliore ludens,
 Dicet blanditias suauiores,
 Emittet digitos licentiores,
 Finget nequitiam salaciorem.
 O noctem nimis & nimis beatam!
 Tunc arma expedienda, tunc ad arma
 Et Venus vocat, & vocat Cupido:
 Tunc in vulnera grata prouendum,

Hinc,

SYLVA. IIB. 143

Huc, illuc agilis feratur hasta,
 Quam crebro furibunda verset ictu
 Non Martis Soror, ast amica Martis
 Semper leta nouo cruore Cypris.
 Nec quies lateri laborioso
 Detur, mobilibus nec vlla coxis:
 Donec deficiente voce anhela,
 Donec deficientibus medullis,
 Membris languidulis, madens vterque
 Sudabit varij liquoris vndas.
 O noctem nimis, ô nimis beatam!
 Sudate vt libet, & diésque longas,
 Noctésque exigite impotente lusu:
 Et breui date liberósque dulcis,
 Et longo ordine blandulos nepotes,
 Quæ vobis senij minuta turba
 Olim sollicito leuabit annos,
 Arcebit quervulos toro dolores,
 Languentum tremulos fouebit artus,
 Componet tumulo pios parentes.
 O felix inuents, puella felix!

EXPOSTV-

LATIO CVM NEPTVNO,

In diluuium quod contigit

Anno M. D. XXX.



Sisipotes magni frater
Neptune Tonantis,
Vndinagos late campos,
& liuida regna

Qui data sorte tenes, vi-
tre i dominator i aula.

Quid tantum Pater al-
me paras? an secula Pyrrhus, &

Deucalion: eas iterum expectabimus vndas?

Et querendus erit vacua nouus incola terræ?

Proh scelus, obruitur tumido Zealandia ponto,

Amplaque fertilibus spoliatur Flandria terris,

Hollandosque premunt nibilo-leuora colonos.

Aggeribus spes nulla manet, prosternitur
vndis

Duces opum tellus malefida credita glebis.

Tecta; domus, & mixta suis armenta colonis,

Cumque pecus pastore fluit, cum pignore mater.

Atque aliquis quem fors fugientem exemit a-
que vi

Scrua-

Seruatum truculenta Fami, vel ab arbore celsa,
Monte vel aërio spectat sua coniugis ora:
Pallida, seu natos, seu si quid charius illis,
Sub pedibus fluitare suis, moriturque videndo.
Iamque stat æqua mari tellus discrimine nullo,
Apparentque vago turres in gurgite passim,
Quas velut ignotas formidet nauita cauteis,
Quasque colunt pisces, Veneris procul alite
pulsæ,

Et quæ quadrupedemque equitem, celeremque
per æuum

Sunt loca passa rotam fluitantibus inuia nauis,

Ferre ratem discunt, & vela patentia ventis:

Quæque stetit crescens nuper felicibus armis,

Ardua nunc illac loca per natalia quercus

It, volucrisque secat non sic sibi cognita, cursu.

Sicne pater Neptune decet? sicne ira Deorum

Sollicitat quoque seua animos? quæ caussa fie-
roris?

Eare, quid innocuam potuisti mergere gentem?

An ne tuos toties mortaleis visere foveis

Non pateris spoliisque maris ditescere vasti?

Inque tibi cessum fatali sorte Tridentem

Pridem terrestris ius usurpare Tyrannos?

At poterat pelago merita necesse perdere nau-
teis,

Mortaleisq; semel regno prohibere liquenti.

IO. SECVNDI

Quid miseri meruere viri, qui vomere terras
 Exercent patrias, infames crimine nullo?
 Imperio vt violente tuo furibundus aquai
 Impetus incautos vita spoliaret, & agris?
 Aut spoliaret agris, vitamque relinqueret a-
 gram

Per lacrymas, & per suspiria traducendam?
 Quos mihi nunc videor nequicquam multa
 querentis

Cernere, & heu, surdo iactanteis talia ponto:
 O, nimium felicem illum, quicumque colonus
 Cum pecore atque casa, durique laboribus aui
 Piscibus esca natat, liquido bene funere mercusus:
 Longa nec anno se timet infortunia vite!

Nos patriis excuti opibus, rerum omniu egei,
 Ignota exilia, & longinquas quaerere sedes,
 Vesanaeque famem cogemur ferre, sed anne
 Omnibus ereptis, dira violentia fortis

Eripuit quoque posse mori: moriamur & vltro
 Praecipites animas pelago iactemus auaro.

O, varios hominum casus! o caeca futuri
 Pectora! quos modò florentis, opibusque su-
 perbos

Viderat exoriens, prostratos vidit Apollo
 Oceano tincturus equos: nunc ite, secundis
 Fidite mortales rebus, sortisque rotanti.

Non potuit quisquam de tot, quos munere paut
 Vasta

SYLVA. LIB. 145

Vasta suo Tellus, nunq̄ prece, thure, vel auro
 Sic sibi deuictos animos habuisse Deorum,
 Vt sibi venturam promittere quiverit horam.

IN VICISSI-
 TVDINEM RE-
 rum, instabilēque
 Fortunam.



Mnibus horis
 Nemo beatus,
 Lubrica fors est,
 Nescia certa
 Sede morari.
 Quum stat in imo
 Tendit in altum,

Quum stat in alto
 Tendit ad imum.
 Phœbe remotas
 Pronus in vndas
 Sidis, & idem
 Tramite sueto
 Aurea notum
 Planstra retorques
 Gratus ad Orium.

IO. SECVNDI

Per te vbi letis
 Candida terris
 Reddita lux est:
 Proxima furuis
 Torna tenebris
 Nox manet egrum
 Scilicet orbem,
 Quæ simul atque
 Ingruit, vno
 Cuncta colore
 Turbida miscens,
 Aëra, sylvas,
 Flumina, ripas,
 Prædia, colleis,
 Iam meditatur
 Ferre soporis
 Lumina terris,
 Vecta coruscis
 Nūcia Phœbi Au-
 Rora quadrigis.
 Bruma vbi nigris
 Horrida ventis,
 Abstulit omneis
 Vndique flores,
 Abstulit agris
 Gramina caluis,
 Misit iniquas

Dira

SYLVA. LIB. 146

Dira pruinas,
 Reddidit altis
 Montibus æquas
 Grandine vallis,
 Et glaciale
 Marmore texit
 Frigida pontum,
 Dulce redit Ver,
 Et redit Aestas
 Tincta virentis
 Rore capillos,
 Cincta caducis
 Tempora spicis:
 Restituitque
 Flaminc molli
 Gramina campis,
 Et spoliatis
 Reddere gaudet
 Tegmina syluis,
 Scdula pictos
 Ornat apricis
 Floribus hortos:
 Scilicet vt sit
 Quod fera rursus
 Perdere possit
 Brumæ reuertens.
 Quæ Zephyri flent,

T 4

En iterum nec plura, uens petit oscula falsi
 Infelix Nati: mox spe deiecta, suauè
 Erubuit: tamen & Puerò se iunxit, & vna
 Diuinam citharam digitis tentauit eburnis,
 Mœstique suffecit lacrymas, & verba canenti.

Ergo, quum fugeres luuicentem, castissima
 Coniunx,

Vesantum virisque inuito afflaret ab ore
 Tabificus serpens, non sufficiebat ad Orcum
 Ire semel? vitamque tuis exoluere satis
 Innocuam? aut lacrymas impendi in funere
 parcas

Chara tuo? nisi te, nisi te, charissima Coniunx,
 Ipse retorquerem sub iniqui iura Tyrannit
 Lethiferis demens oculis luctumque pararem
 Ipse alium sine fine mihi? me mitior anguis
 Ille fuit, diri tantum malus vltor amoris
 Ereptam celeri te reddidit ille marito,
 Ipse ego te mihi te rapui, tu flebilis inter
 Excidis amplexus: damnosaque lumina longe
 Rapta fugis, quò dulcis abis? iam te negat ipse
 Portitor illacrymans iterum transmittere cymba.
 Rex Erebi dolet ipse, dolet Regina profundi
 Commiserans, legesque infracti coniugis odit:
 Quæque meo primum concussæ pectora cantu,
 Arcenteis oculis tenui sparsere liquore
 Eumenidum guttis maioribus ora grauantur.

Tu verò

Tu verò neque me damnas, neque futa re-
 mordent

Te tua, nec velles nisi sic aspecta reuertit:
 Tota sed incuras viduati Coningis acris
 Intendis luctus me in suspiria, me me
 In lacrymas decet ire, animamque efflare no-
 centem:

Te nemus Elysiùm foueat, tibi mollior aura
 Consumat lacrymas: te nullo vulnere tardam.
 Ad choreas Nymphæ vocitent, ducantq; va-
 gantem

Securo per prata pede, quâ nullus in herba
 Anguis odorata liuenti sibilat ore.

Nos vitam in tenebris ægram luctuque tra-
 hamus,

Quâ non vlla pedes humanos semita ducat.
 Ad glaciale Helbrum, deserti in rupibus
 Hæmi,

Mecum vnda, mecum antra gemant, mea ple-
 tra sequunt

Orniq; piceæque fleant, & largius aureas
 Insani lacrymas diffundat ab arbore Myrrha.
 Phœbe pater, si nò falsos mihi narras amoris
 Calliope, sume hanc citharam, mihi tensa re-
 misse

Deficiunt ad fila manus: tu pollice luctum
 Elice de fidibus, qualem Penœia Daphne

T. iij

Cortice tecta nouo, trunco exaudivit ab imo
 Damnauitque suos nutanti vertice fastus,
 Qualem, labenti superingeminans Cyparisso,
 Pro Pucro ramis lugubribus inclinatus,
 Oscula fixisti ligno suprema dolenti:
 Qualem effundebas funesti in crimina disci,
 Optima quum tellus, generoso facta cruore,
 Ad tua purpureum submitit basia florem,
 Dilectum florem, pro dilecto Hyacyntho.

Euridice, miseri Euridice misera vxor a-
 mantis,

Cur me, tentantem Stygia vada vasta paludis
 Non niger absorpsit violento vortice fluctus?
 Cur me tam mites spectastis Erynnies? & tu
 Formidatarum Custos ignaue viarum,
 Deposita triplicis ieiunia gutturis ira,
 Ad mea ludebas blanda vestigia cauda?
 Vestrum erat hoc raptare caput, membrisque
 reuulsis

Per Phlegethontheas audacem spargere flam-
 mas

Artificem: eluclatus in aëra spiritus isset,
 Cum que umbra tenuis se confudisset amata
 Euridices, tutoque suos vidisset amores.

Heu, quis me cytharæ tam blandum fila
 mouère?

Quis Deus edocuit tam molli carmine Ditem
 De-

Demulcere trucem? serpenticomasque Sorores
 Ad lacrymas vrgere nouas? tunc stridere rau-
 cum

Debebant, domino non agnoscenda canoro
 Stamina, & in medio vox intercepta palato
 Succidere, heu, grauis arte mea mihi luctus
 inundat.

Mitis eras igitur Pluto, vt crudelior esses?
 Fallacemque meo velares crimine culpam?
 At non te, Siculo nuper de littore curru
 Præpete quum fugeres, in dulcem vertere præ-
 dam

Sollicitos oculos vetuisset conscia Mater.
 Hei, duras sati leges! semperque caducas
 Spes hominum pugnante Deo! qui corda fera-
 rum,

Qui domui siles, proprios comescere motus
 Non valui, occultumque Deæ Cythereidos i-
 gnem?

Ergo pro chara suspiria anbelata marito,
 Pallorem exanguem, Maciem, Horrorémque
 trementem,

Et Furias comites inferna ab sede reduxit?
 Nec potui curas Lethen sopire bibendo!

Adde coloratos auro, Pater, adde iugaleis
 Fluctibus Herculeis, melius Nox apta dolori est:
 Redde coloratos telluri, redde iugaleis,

IO. SECVNDI

Ecce mihi lacryma noctem fecere, dolorque,
Turgidaq; imbre die prætexunt lumina densa.
Sic tenerum in syluis maret Philomela Ne-
potem,

Sic Soror in tectis Natum deplorat Hirundo,
Sic gemit arenæ viduatus ab arbore Turtur,
Sic nondum lacrymis satiata Memnonis umbra
Lutea perpetuo stillat Tithonia rore.

Euridice, miseri Euridice misera vxor amantis,
Me tecum, me debueras auferre sub umbras
Præcipitem: vitam nobis mors illa dedisset,
Ipsa Venus iunctos vallem duxisset in illam,
Qua Ver perpetuis fecundat odoribus arua.
Ipse puer Veneris, flammata lampada quasas
Discussisset Amor nebulas Acherontis opaci.
Nunc noctem simul inuisa cum luce dedisti
Inuide Dux Erebi, moriar tamẽ, en mihi laxis
Genas labant neruis: exanguis serpit in artus
Pallor: & haud multum, memini, distamus ab
vmbis,

Mæsta per ignaua quas voluit cymba paludẽ,
Squalida peioris nanteis confinia ripæ.

Euridice, misera Euridice, misera vxor a-
mantis,

Bis moriens tecum Euridice bis per Styga traxisti
Hæc animam, tecumq; manet pars maxima nostris:
Corpus inane traho tenui vix mobile vento

Qualem

SYLVA. LIB. 150

Qualem Thesalicis immisto carmine succis
Inspirant animam per frigida mœbra caducans
Monstrifici vates: aut qualia luce carentium
Instabili simulachra virum discurrere motu,
Et tenues miscere sonos & inania vocum
Murmura, solliciti per somnia vana videntus.

Euridice, miseri Euridice misera vxor a-
mantis,

Euridice, quo me stetit tua fata piare,
Quo te iubet gemitu? quid me tolerare cruentum?
Aspice cum scisso laniatas pectore vestes,
Aspice cum tepido lacrymis certare cruore.
En tibi, donamus tenebris hæc lumina cæcis,
Aeternumque Patris iubar interdiximus illis,
Purpureum iubar, & sub nocte natantia nigra
Cogimus admissi lenta interpscere pœna.
En tibi, quod nimio furiatum pectus amore
Intempestiuo rupit mea gaudia voto,
Femineo nunq; posthac ardore calebit.
Nulla tuum pellex premet importuna cubile
Euridice, nec primæuos auertet amores
Mollibus illecebris Ciconum nurus vlla meorum.
Plura quidem dicturus erat: vicina canenti
Calliope vetuit, Lycidamq; amplexa repressit.

IO. SECVNDI
EPISTOLA
 LYDICRA, VELVT HENRI-
 CI OCTAVI ANGLIÆ REGIS NOMINE CON-
 SCRIPTA, QUÆ RESPONDETUR ILLI, QUÆ
 REGINÆ CATHARINÆ NOMINE
 EDITA CIRCUMFEREBATUR:
 CUIUS ERAT INITIUM,
 Hoc etiam ti-
 tulus, &c.



*Ensimus, heu, gemitus, &
 flebile carmen, & irā
 Qualem caruleus non,
 puto, pontus habet.
 Hei mihi fœminco que
 sunt satis arma dolori?
 Nunc ego cum magno*

*Cæsare bella precor.
 Cingite tela caput deuotum, cingite flammæ,
 Et caua fauce globos æra tonante vomant.
 Denſior externo ruat in me miles ab orbe,
 Laomedontæas qui lacerauit opec.
 Mille ter hostiles impellant lintea venti,
 Et mihi perniciem trabs numerosa uehat.
 Omnia fœminea me ledent mitiſis ira,
 Tristiſtus hac Siculæ nil habet aula Deæ.*

Heu,

*Heu, quæcunque meo deſedit peſtore cura:
 Sine fuit fatum, ſeu maleſuadus Amor,
 Vt, ſpretis thalamis quos tot mihi regna ſere-
 Vincula maluerim pernicioſa ſequi, (bāt,
 Oſcula decerpens fraternis debita labris:
 Hæc venit titulis prima ruina meis.
 Dire Puer, ſacibus funeſtis acer & arcu,
 Et Dea frondoſum quæ regis Idaliū,
 Quid me collubuit inceſtis vrere flammis?
 Dexteræ cur alibi non fuit iſta potens?
 Frigida deſerto queritur Catharina cubili,
 Irrorans tepidis lumina fluminibus.
 Deſine me lacrymis & te Regina necare:
 Mitte, nec in vanis ſpem tibi pone minis.
 Hūc cupis amplecti, cui tela minaris, et igneus?
 Huic tu blanditias, deliciâſque paras?
 Cuius in exitium tacitis non vocibus armas,
 Quæq; mihi tumidas gens iacet inter aquas?
 Quæque iacet circum magno deuota Nepoti?
 Quæq; procul noſtra de regione manet?
 Mirabar Matrem funeſtam cæde virili:
 Deſino mirari, plus feritatis habes.
 Iſtius eſt animi crudeleis voluere motus
 Qualibus eſt, ætas vix violata prior,
 Immuteis oculos tenero faciare cruore,
 Membræque ſparſa pia, e epulâda patri.
 Non ita vicino mihi duruit a quore peſtus,*

I O. SEC V N D I

Nec taleis animos dant fera stabra mihi.
 Non, tua contemmens, aliena cubilia sector,
 Est aliud quod nos arcer ab ore tuo.
 Excludunt olim complexibus exoptatis
 Germani cineres, tristis & umbra, mei.
 Nox erat, & nigra velauerat omnia veste,
 Haerebam nexis tecum ego brachiolis,
 Membrâque languidulo reparabâ fessa sopore,
 Quum stetit ante oculos pallidus ille meos,
 Iniciensq; manus, sunt haec mea gaudia, dixit,
 Gaudia fraternâ non bene rapta manu.
 Venit in ora color, qualem vix ille gerebat,
 Crinis in attonita fronte supinus erat.
 Da veniam frater, dixi, iuuenilibus ausis,
 Et tua iam posthac gaudia solus habe.
 Sic te nulla premant onerosa pondera terre,
 Quâque sibi viuam non voluere Dei,
 Hanc olim sociam tibi dent in valle beata,
 Tecum perpetuas ducat ibi choreas;
 Quâ nemus Eridani per odorû voluitur vnda,
 Umbraque sit tædis æmula nulla tuis.
 Audiit, & tenuis in ventos cessit imago,
 Ex illo vetitus est torus iste mihi.
 Sunt aliqui d. Mancis, & curant multa sepulti.
 Nunquid Achilæum stebilis ad tumulum
 Regia truncatum proiecit filia corpus,
 Ferret ut cuncto gaudia pacta viro?

Not

S Y L V A. L I B. 152

Non mihi Germani rapiens ad alta sepulchra:
 O, liceat terris te superesse diui
 Et tua felici decurrant flamina fuso,
 Dum mihi securus te sine somnus eat.

ECHO, VIA-
 T O R.



Quæ Diua cauos colis re-
 cessus,
 Sylvarumque regis domos
 opacas,
 Tu quæ de reliquis Deabus
 vna
 Quas frondesque iuuant,
 iuuantque fontes,
 Audiris toties, videre nunquam:
 Dic, quæ finis erit meo calori
 Imas qui mihi deuorat medullas?
 Vt, formosa tuas vorauit olim
 Superbo è Pueri decentis ore,
 Inflatum reuoluta quum iaceres
 Languens umbra, supersit emque sola
 Vitam voce breuis teneret aura.
 Dic, nam fortè libet meas querelas

IO. SECVNDI

*Audire, & veteres nouare curas.
Dic oro, poterit quid impotenti
Serò ponere limites amori?
ECHO. Mori. VIAT. Dij meliora, sic ne
nobis*

*Ad canos igitur dies manebunt,
Et canos quoque non dies relinquent
Singultus, lacrymæ, grauésque voces?
Aut mox abiicienda prima vita est?*

*ECHO. Ita est. VIAT. At licet ire pérq;
genteis,*

*Pérque undas, vbi nulla me sequatur
Sublati ex oculis Amoris ala.
Non illic Domine procil relictæ
Mentem siderea faces perurent.*

*ECH. Vrent. VIAT. Non roseum os ge-
nâque tangent.*

*ECH. Argent. VIATOR Sed dolor hic
leuis, breuisque,*

*Fomento citò destitutus omni
Se se conficiet, negante vel te.*

*ECHO. Ante vel te. VI. Adcò ne ama-
rum amare est?*

*ECH. mare est. VI. A. Hec mihi, quicquid
est malorum*

*Admittit medicas, amatque curas,
Nulla solus Amor lenatur arte,*

Non

SYLVA. LIB.

153

*Non cantu perit, aut perit venenis,
Spernit consilium fidele, spernit
Quicquid mens bene suada prodit. ECHO.
Odit,*

*VIAT. O ne mihi talium dolorum
Sensus ter misero supersit vllus!
Quàm malle media stupere sylua,
Dura cortice membra tectus orni,
Quàm Caurus mihi, quàm proteruus Auster
Nequicquàm, Boreâsque spiritosus
Hinc illinc quatiantque vellicentque
Amoto querulas dolore frondeis:
Aut tecum in liquidas abire voces:
Per syluâsque volare, pérque valleis:
Saltem læta sonare tunc subinde
Possèm, quum facili fruens amore
Felicès caneret Viator igneis,
Nec semper grauè diceremus eheu.*

ECHO. Heu.

IO. SECVNDI

Cogitur Hesperias cœli nox omnis in oras,
Surgit ab Eoo limine flaua dies.

Clara dies aderat, fugiunt tenebræque soporq;
Et pauor & dubio somnia vana gradu.

REGINAE PE-
CVNIAE REGIA.



ST via perplexis per longa
meatibus antra,
Regia gemmatis quâ pãdi-
tur aurea valuis
Ingentis Diuæ, paribus que
cum loue summo

Obtinet auspiciis sc̄cti moderamina mundi.
Si qua fides rebus dubiis, iacet orbe sub illo,
Quâ Tagus auriferas voluit rubicundus are-
nas,

Nidorem, fumosque exhalans diuitis aule
In terras Anguste tuas, ditissime regum
Carole, Telluri pacatæ sidus amicum,
Inque urbem trachis que tuos, amplissime Præ-
sul

Tauera, O decus Hesperia, cui cincta recuruis
Mœnia

SYLVA. LIB. 155

Mœnia gurgitibus ripisque nitentibus auro
Submisit venerans nuper sublime Toletum:
Diuinumque Senem præfecit ditibus aris:
Maxima quem Dominum suspirat Roma,
Tagoque

Iampridem Tybris liuentibus inuidet vndis.
Non illuc Phœbus flammis rutilantibus intrat,
Nec cum prima vchit sopito lumina mundo,
Nec cum deuexo premit arua liquētia curru
Tethyos vndifonæ, nec cum flagrantibus
horis

Aethere stat medio: quid enim fulgentis
latè

Perpetuis auri radiis & Iaspide fuluo
Atria, natiua; q; faces iaculante Pyropo
Cynthius immisso nequiquâ lumine lustret?
Regina in mediis magnæ penetralibus Aule,
Aurea tota, sedet folio sublimis in auro.
Diffundens radiantē omni de corpore flam-
mam:

Qualis eris species, solido si cudad ab auro
Intorsisti statuam Phœbi Vulcanus, & ora
Flammigeris cingat radiis, & in igne re-
postæ

Educat subito candentis pondera masse.
Hæc est illa cui famulatur maximus orbis,
Diua potens rerū, domitrixq; Pecunia fati,

IO. SECVNDI

Telluris magna, Plurique sacerrima proles,
Cuius adorati petierunt saepe Tyranni
Fœdera, saepe suas spes damnauère repulsi,
Ex quo Pellæi iuuenis temerarius ardor,
(Credere si fas est, nec fallit cana vetustas)
Magnanimæ teniauit heræ violare pudorem.
Tempore nam ex illo tacitis noua regna sub
antris

Instituit, petitque pia penetralia Matris:
Terminamque domum munimine clausit a-
beno:

Septa procûl labyrinthearum ambage viarum,
Prima quidem teritur concursu semita denso,
Virque viro, pede pes vrgetur, & omnis eod-
dem

Turba ruit properans, Iuuenumque, Senumq;
Virumque,

Antra sonant plausu gradientum, dura gemi-
scit

Et subsidit humus, repetito saucia passu.
Non tam multa solo bifidis vestigia punctis
Seruat arenoso, diris quæ mille coloni
Lætæ greges via balanteis in pascua mittit
Sole nouo, & totidem saturos in ouilia cogit,
Cum super Hesperiam lux inclinata recumbit,
At postquam in tenebras ventum est, & in af-
pera saxa,

Implic-

SYLVA. LIB. 156

Implicitasque vias, hæret mentisque spæque
Orba cohors, pars magna retrò indignata re-
fertur,

Pars magnis exixa animis obdurat, itérque
Rumpit anhelæ, vrgens contra fatumque
Deosque,

Mox defecta malis nigro tabescit in antro
Emoriens, & congestis iter obstruit arcum
Corporibus pauci nati melioribus astris
Optatos tetigère locos, Aulæque recepti
Ad lumen stupuère nouum, clausique tenebris
Tam longis oculi vix admisèra nitorem
Insolitum, ingentem, latè efflagrante metallo:
Vsq; adeò vt multis nebula lux illa perenni
Obruerit fractos iucundi luminis orbis,
Hæc frustra ignavis manibus gemmas, ebur,
ostrum,

Auratumque solum dubio pede tentaturis:
Nec formosa Deæ visuris ora serena.
Ante fores opus ex auro memorabile sculptum
est,

Auro opus immixtû fuluo, viridique smaragdo,
Aurea dimidia fulgent extantia parte
Signa, at planities viridi exæquata smaragdo
est.

Ignote posuère manus: sedet ordine primo
Alma patès, aperitque sinû pulcherrima Tellus

V iij

IO. SECVNDI

Syluisq; fluuijsq; & floribus interpictum,
 Diues opum Cereris, gemmarū diues Iacchi,
 Diues & Hesperidū syluis, passimq;e coruscis
 Incustodita pendentibus arbore pomis.

Nec non & fuluo demonstrās vimine ramum
 Infernæ Iunonis opes, quæ Troiūs Heros
 Dona ferens Hecata, Mancis penetravit ad
 imos.

Tellurem magno circumsonat æquore Nereus,
 Et centum liquida Nereo genitore Sorores.

Hæ caput attollunt, hæ mergunt gurgite cano,
 Pars stringunt madidos aduerso Sole capillos,
 Pars ducunt choreas, & cædida brachia quas-
 sant

In numerum, candenti fuluis vada cærula spis-
 mis.

Omnibus at longè vasti de sinibus orbis
 Turbatos maris in fluctus Aquilonibus atris
 Flumina labuntur, pellucidior metallo:
 Autè alios liquido Pactolus Lydius igne
 Fulminat, ignito Tagus effervescit, & Her-
 mus

Gurgite, non raris distincti flumen arenis:
 Sed puro per culta auro splendentia fusi.
 Non aliter, quàm cum fuluos Acthæa per
 antra,

Adalceber effudit riuos fornace reclusa,

C1572

SYLVA. LIB.

157

Cum noua sollicito properaret tela Tonanti,
 Vasta Gyganteos disturbatura labores.
 Stat iuxta fulgens auro Berecynthius Heros,
 Auriculis asini nondum insignitus acutis:
 Qualis erat, manibus cum se tentauerat ipsum
 Aurificis, donumq; Dei damnasset iniquum,
 Inclusus, nimum proprio, iam totus in auro.
 Ille tamen quondã, sacro se in flumine versans,
 Diluit auctoris damnosum munere lucrum.
 At manus artificis tali modò sculpsit in auro
 Docta Mydam, nullis quod aquis mollescat, ve
 illic

Aeternum stolidus spectetur imagine digna.
 Stat quoq; nunc oculis etiam formidine plenis,
 Vix bene sopitum credens recubare Draconē,
 Vellere Phryxæo rutilans Pagæus Iason.
 Tertius hic etiam, sed longè clarior, astat
 Nubila qui rapidis perfringit hiæntia flammis,
 Attonitas terrens animas reboante tonitru:
 Longè illi modò fulmen abest, regalia longè
 Sceptra iacent, vultuq; Dei, nec credere posses
 Esse Iouem, credi n̄ vellent omnia Vates,
 Imperiumq; suum nullis includere metis
 Monstruosus didicisset Amor, cadit æthere ab
 alto.

Iupiter, indomito mentem liquefactus ab æstus
 Perq; vias intentatas, auroq; parentem

I O. SECUNDI

Proque leui magna nutu reetricis, in omneis
 Vertit se facies, & lusu Protea vincunt
 Mirifico, ridente Dea, & tollente cachinnos
 Contemptrice sacri Iuris Legumq; Rapinar.
 Effera que leua Princeps in parte resedit
 Auratam chlamidem nigro perfusa cruore.
 Hic Furta, Insidiaque latent, Fraudisque,
 Doliq;
 Squallida Avaritie circum precordia Matris.
 Omnibus his nigra caput est in nube sepultum,
 Scilicet vt calet vulpini dedecus oris,
 Exiguos oculos, rostriq; petacis acumen.
 Nec procul hinc, tabulis, loculoq; onerata tu-
 menti,
 Auriuoros impellit equos, currusq; volucris
 Precipitata, rapit celeres V'sura calendas.
 Nec Libirina suos non hic quoque repperis
 vsus:
 Attollitq; rogos, & testamenta resignat.
 At circi auratasque trabeis, aurataque recta,
 Aureaque infomnes circum laquearia Cura
 Stridentis agitant pennas, examine longo.
 Qualiter, vt fama est, Stygia per inania ripe
 Palantes volitant anime, quas aspera fata,
 Indeplorato sparsis in funere membris,
 Sedibus exclusere suis, & honore sepulchri.
 Nec minus interea Risus, Lusisque, Iocique,
 Dulces-

SYLVA. LIB. 159

Dulcesque Illecebre, & lactatis nuda papillas
 Nuda genu, Cypriog; madens a rore Voluptas,
 Porticibus currunt longis; iuuenumq; puellis
 Mixta ruit series: & mutua gaudia iungunt.
 Ipsa suis Cytherea preest pulcherrima sacris,
 Et Puer arcitenens operosa ludit in aula,
 Saepe choros iuuenum tæda petulante laceffens,
 Saepe puellarum succendens pectora flammis.
 Spicula quin etiam Dominam molitus in ipsam
 est
 Saepe proterua ferox, & in auro condidit aurum.
 Hac tamen in sola fertur damnasse caducos
 Saepe Puer plorans arcus, obtusaque fregit
 Tela genu, illisitq; solo, pedibusque tenellis
 Calcauit, frustra que Venus solata dolentem est.
 Nam proprio, mirum, Regina indulget amori:
 Ac facies Iuuenum pictas exosa, senileis
 Diligit amplexus, & frigida basia captat
 Victorum podagra lapidosum corpus, & aui
 Emeni longis ambagibus incuruorum:
 Fessa quibus prono subnitens vita bacillo,
 Vltima decliuis tetigit confinia metæ:
 Pulsa prociul thalamis moeret formosa iuuetus,
 Purpureas signata genas lanugine prima.
 Non illos madidi Myrrha redolente capilli,
 Lucida non tereti distincta monilia collo,
 Ebria non Tyrio commendat murice palla,

I O. SECUNDI

Tinnulâque arguta resonantia pollice fila
 Phœbææ citharæ, cætusque, & doctis choræis
 Tibia saltandis, & melle fluentia verba.
 Si tamen est horum quonquam dignata cubili
 Diua suo, felicem illum super omnia, felix
 Si tamen esse cupit, naturâque mitis in illo est:
 Illi Diua potens secreta è sede reuulsum
 Ignotum donat argenti pondus, & auri,
 Exemptum curis, purum, & sine labe metalli,
 Quod secreta mœstos animos, & turbida mœtis
 Nubila discutiat, & proclinata iuuenta
 Tempore florentis longos extendat in annos:
 Vnde fauor surgâtque hominum, surgâtque
 Deorum,
 Et læti Iuuenis felicia facta sequatur
 Gratia multa comes, cùmque altis Fama triū-
 phis.
 At verò, numero ex omni, quem maxima
 seruant
 Atria, conspicitur Vates vix vnus, & alter:
 Atque illi longè prius abieçere Poète
 Squallentem vatri faciem, crinesque tiara
 Laurigeros, vel puniceo texere galero,
 Mentitâque Deam taciti sub imagine fallunt.
 O Vatum gens infelix frustrâque prophani
 Contemptrix populi, frustrâ nutrita sub
 antris

Pieris

SYLVA. LIB. 160

Pieris, frustra choreis admissa Deorum,
 Lucorum roseis in vallibus antiquorum;
 Si vobis infesta manet Dea maxima, cuius
 Concussus sceptro terræ tremit orbis, & omnis
 Regia turbata mugit procul Amphitrites!
 Ipse ego, rorifere per blanda silentia noctis,
 Ductus in illustrem longis anfractibus aulam,
 Aut vidi, aut vidisse Deam per somnia rebar:
 Mox audis tentabam oculis in imagine bêtâ
 Herere, & si Somnus erat, vaga numina Sôni
 Orabam, volucris aliud ne verteret alas:
 Nève quis, optabam, me compellaret amicus
 Sopitum, strepituve pedum turbaret iniquo:
 Omnia conabar frustra: vix viderat illic,
 Et tactum ramo iussit discedere Vatem
 Regina, imperioque minas adiecit, & iram.
 Nec mora, cum Domina, cum cunctis Regia
 gemmis,
 Cùmque satellitio, cum pondere diuitis auri,
 Par lenibus fumis, tenuis cœsit in auras.
 Noctisq; ante oculos facies inamœna remansit.

IO. SECVNDI
FRAGMENTA

QVAEDAM INTER
chartas Autoris
inuenta.

INITIVM HO-
dæporici.



Er erat, & canas iterum
per tæsa pruinas
Fertilis in viridi veste
tepebat humus.

Garrula Dauliadùm re-
sonabat arua querelis,
A quaque nocturnis

tempora lucis erant.

Blanda renascentis anni suadebat imago,
Conceptum toties ingrediemur iter
Visuri populos, quos Sequana diuidit ingens
Quisq; bibant Ligeris dulcè fluentis aquam.

A L I V D
de Sole.

Fons

S Y L V A. L I B. 161

Fons rerum, Sol cœliuagus, cui plurimus
ora
Fulgor, & intonso crineis flauedine vestit,
Telluris magnæ speculator: & instaurator,
Et ductor totiens in se reuolubilis Anni.

A L I V D

De Rerum, ac Temporum siue Cœli
Vicissitudine.

Fœta bonis, & facta malis noua parturit
hora
Semper, & assidue dando noua, quæ dedit
aufert:
Vnus in angusto est, præsentia carpite vite
Tempora, desertiunt iam nos fugitiua, nec est
spes
Vlla reuiscendi cuncta iisdem in sedibus astra,
In quibus besterna posuere cubilia Luna.

A L I V D

De Saturno.

Felix gelidi funesta Senis, pecoriquæ, sa-
risque,
Et miseris infesta viris, infesta volantum
X

Tractibus aëriis susceque per aquora turbæ.

ALIVD FRAGMENTVM,

Sive initium potius maioris cõ-
cepti operis: Videtur autem
descripturus fuisse
Tunetæum bel-
lum.

R Vrsus bella parat Casar, Patientia rursus
Mâsueti Iuuenis lōgo denicta dolore est,
Et violata grauem Pietas erumpit in iram,
Feruere iam video densis maria omnia remis.
Tellurēque armis, cœlum splendescere flâma.
Quid tantum Fortuna paras? cui fata minântur
Tam dirum excidium? quantôve cruore re-
demptam
Aeternam Furivæ Pacem conceditis orbi?

A L I V D

In laudem vtriusq; Cupidinis: & ipsum
quoque maioris operis initium,
vt appareat.

I Mberbes Pueri, Veneris sanctissima proles,
Ambo atate pares, autores facderis ambo,
Ambo arcu, pharetrâq; ambo, iaculisq; decori,
Crim:

Crimibus insignes flauis & corpore nudo:
Quorum hunc, sylvarum sub ramis Elysiarum,
Vallibus in riguis enixa est mater: at illum
Flammanteis inter fornaces edidit Aethnæ.
Vestra ego regna cano: cantanti assisite Vati,
Nec citharam si fortè mihi, puerilibus ausis,
Ereptam manibus, dubio pulsabitis ictu,
Increpitans indignabor, vos psallere laudes
Fas ô sit, vestras: nec erunt mihi vestra pudori
Carmina; sed nec erit vobis mea Musa pudori.
Qualia vos canitis, & ego quoque talia canto
Ore tener paruo, potcrûq; admixta Camœnis
Vestra meis, aureis incauta fallere plebis.

Post Chaos, & veterum discordia semina
rerum,

Omnia quæq; vtero gravidæ Telluris alituv,
Quæq; super vasta discurrunt ætheris ora,
Quæq; meant subter versi per denia mundi,
Quæ videt exoriet, & quæ videt occidit Sol,
Quæque quatit Boreas, & quæ rigat humidus
Auster,

Aeterno consensu, & dulci pæce ligantur,
Longumq; vnanimi solantur amore laborem.
Nî facerent, Tellus imbri pulsata negaret
Condere visceribus fœcunda munerâ Lymphæ.
Illa grauis sylvas, monicisque, & grâdia saxa
Excuteret tergo impatiens, emorâque ab imis

IO. SECVNDI

Sedibus eiceret longè freta, & impia canus
 Coniugis omnipare fletet diuortia Nereus.
 Bruma recusaret iucundo cedere Veri.
 Verq; sub Aestates tepidum produceret annū.
 Aestas Autumnnum fraudaret mitibus vis.
 Autumnus glaciem pro miti redderet vna.
 Omnia funestis irent in praelia signis.
 Ipsa etiam, longi subito pertæsa laboris,
 Confusis irent facibus sine legibus Astra.
 Cynthia fraterni currus ambiret honorem.
 Germanæ cuperet nocturnas scandere bigas
 Phœbus, & exiguum decurrere mobilis annū.
 Imæque Saturnus pteret cum fulce minaci
 Limina secundi Iuuenis. Deus Arcas in altum
 Tēderet, argentemque Senis perrumperet orbē.
 Abiiceret clypeū Mauors, oculosque remittēs
 Fulmineos, hebeti palleret degener igne,
 Ocia preponens animoso languida bello.
 Arma Venus tenera tractaret Martia dextra.
 Ipsūque Acthæo spoliaret fulmine Patrē.
 Alma parēs laceris gemeret Natura capillis;
 Atq; opus ipsa suum, scēq; ipsa resolveret in sa-

ALIVD FRAGMENTVM
 ex epistola Autoris

AD ADRIANVM
 Marium fratrem.

Solet

SYLVA. LIB. 163

Solet in Campum habitationi nostræ vi-
 cinum cum proceribus suis sæpe-
 numero prodire Cæsar, ac se-
 suosque omnis generis e-
 questribus ludis
 exercere.

Nunc torto simulat simum diademate
 Maurum,
 Nunc Mahumetanae gentis memor induit
 arma,
 Doctus equo profugos volucris prævertere Par-
 thos,
 Vulnera missilibus longè serit irrita cannis
 Arduus, inque iuba fugiens incuruus anhelat.
 Illum omnes vnum Dryades, & Oreades om-
 nes,
 Illum suspirant liquida per flumina Nymphae,
 Occultaq; stupet immixtus ab arbore Faunus.

X iij

ANDREÆ

ALCIATI MEDIO-
lanensis Iurisconsul. In Ioannis
Secundi Hagicaſis
mortem,

EPIGRAMMA.



Nomen perpetuū vita bre-
uiore rependunt,
Elyſiisq̄e addit te tua
fata locis,
Vincere ne veteres poſſis
magnosq̄; Poëtas,
Par quibus hoc modico tempore factus eras:
Fleat Muſæ, et Charites, lacrymas quoque
fundit Apollo,
Et tua deſerto buſta Helicone colunt.

NAENIA NICOLAO
Nicolai Grudio Autore, in
obitum Ioannis Secun-
di fratris optimi.

Siccine in æternam clauduntur lumina nocte,
Lumina perpetuoſ digna videre dies?
Siccine

IG. SECVNDI 164

Siccine pallenteis rapæris germane ſub umbras?
Vltima ſic Orci nil miſerantis abis?
Nec tua te virtus duris exercita rebus,
Nec tua te pietas, nec tua nota fides,
Nec ſancta ſtudium Sophiæ remoratur cætem,
Eloquiumue potens, ingeniumue ſagax?
Arte Promethæa viuas quid ducere formas
Proſuit, aut cælo ſaxa animaffe tuo?
Alciatone ſacras leges didiciſſe magiſtro?
Qui facit Inſubrum clarior eſſe ſolum.
Quid iuuat Aonias iam tum coluiſſe puellas
Cursabas patrium quum puer ante larem?
Cui mox Cypriгена iuueni cum matre Cupido
Blandus Aidaliis ora rigaret aquis,
Firmior ætate vt faceres certantia Morti
Carmina, Tymbræo doctus ab ipſe Deo:
Quæ caneret facili dominæ blanditus amator,
Quæque iacens duras peruigil ante foreis?
Ergo p̄ Vates turba prophana ſumus?
Fruſtra cura Deum, fruſtra ſacri que vocamur,
Mors quoque ſi ſacris Vatibus aqua venit.
At tibi Dii facerent, melior pars iſſet vt aui,
Quum ſecuit vitæ ſtamina Parca nocens.
Crudeles Diuæ, Stygiis depoſitis vndis,
Luſtra cui nondum quinque videre ſunt
Dii facerent, intèrque manus atque ora tuorum,
X iij

NÆNIA IN MOR.

In patriâque solo te potuisse mori:
 Vadique præruptis singultibus ora sonarent,
 Solâque non fletet te modò nostra domus:
 Mæstus uterque piam fleuisset Cæsius umbrâ,
 Cæsius in versu clarus uterque tuo.
 Clericus et fletet, qui fusca sub cute gestat
 Pectora non tacta candidiora nua.
 Goclenius rapti plorasset funus amici,
 Goclenius nullis Vatis inferior,
 Qui pridem nostras urbem traduct in oras,
 Quam Troas cum socio struxit Aborigine.
 Atque alij, atque alij fleissent lingo ordine Va-
 tes,
 Sectantes Mortis dira feretri tuæ.
 O, quæ multa graueis educens pectore questus
 Corriperet madidas ungue puella genas!
 Ipsa quidem ante alias siens charum Iulia Vate,
 Illa tuus, frater, Iulia primus amor,
 Iulia formosas inter victura puellas,
 Vatis Amatoris munere facta Dea,
 Immitti spargens myrtosque rosasque sepulcro,
 Condiret lacrymis funera deciduis,
 Orâque de largo imprimeret turgentia flenti
 Vatis amatoris dona suprema genis.
 Et longæua parens nati complexa cadaver
 Mixta daret tepidis oscula cum lacrymis,
 Et non vna soror laceros turbata capillos,
 Dila-

IO. SECVNDI 165

Dilanians seu pectora et ora manu,
 Et terni fratres cineri bona verba precati
 Duro cum gemitu florea serta darent.
 Aut tibi si patria procul et natalibus aruis,
 Inuidiosa Deum fata fuere mori,
 Saltem non Diui spectasset vicus Amandi
 Implentem vitæ munia summa tuæ,
 Nec satis à patria propè nec natalibus aruis,
 At neque sat patria de regione procul.
 Nigra dies melius regidos clausisset ocellos
 In desertorum rupibus Arragonum,
 Sive Tagi ad ripas rapidi sub lumine Phœbi,
 Arida quum febris clauderet ora siti.
 Quum sæpe (ut memini) nequicquam precatum
 Sensisti surdos ad tua vota Deos.
 Serius ut certè venissent nuncia lethi,
 Venissent domui sic leuiora tuæ.
 Et genitrix, quæ nunc subito exanimata do-
 lore est,
 Sensisset medicam temporis esse moram:
 Forsitan ipsa etiam minuissent tanta locorum
 Intervalla aliquid, quod propiora negant,
 Nec tam certa tuæ manasset fama ruinae,
 Essent nec lethi tot monumenta tui.
 Lenius ipse equidem sic tunc mea damna tu-
 lissim,
 Redditus assiduis durior usque malis,

NÆNIA IN MOR.

Quum mea (quid grauius) lentis post tædia morbi

Coniunx est nigras ire coacta vias,
Nec charam illius potui comitarier vmbra,
Vt sequerer, duri non voluere Dei.

Quis scit an ipse etiã tunc æquius occubuisse
Languidus, & fractus penè dolore meo?

Certe aliquid fuerat quosdam spectare tuorũ,
Quodq; oculos tegetet fratris amata manus,
Quod charæ acciperent tuã membra sepulcris
sororis,

Quodq; vnus feret mixtus vterque cinis.
Triste subiissent Venerilla Neærãque funus,
Manibus vnanimes & pia verba darent.

Hæc quoque frigenti torbasa figeret ori,
Quot solita est viuo figere, quotque modis.
Ipsè ego thura, sacraque darent cum carmine
lauros,

Quæ tua promeruit non temerata fides:
Quam longum pariter licitos transseginimus annos,

Seu fors blanda mihi, seu mihi dura fuit!
Quo me cunque tulit fati imperiosa potestas,
Dum vagor ignoto Cæsaris orbe comes,
Quem dominum Occasus latè veneratur &
Ortus,

Et plaga septena qua micat Vrsa face.

Pinife.

IO. SECVNDI. 166

Pinifero quoties residentis vertice nubes
Quæque Pyrenæo nix iacet alta iugo,
Tecum vna potui celeri perumpere manno
Sæuãque ab Hyberno frigora ferre Iou!
Tecum vna Hesperios potui contemnere soleis,
Finderet arenteis dum ferus ardor agros,
Illicis ô quoties tecti requieuius vmbra,
Dum daret alternos nostra Thalia modos!

O, quoties matutinas venatibus horas
Lusimus, vt caderet præd. & petita lepui!
Ergo, qui tecum potui perferre labores,
Qui tecum omnigenis ludere deliciis,
Cur non te potui per regna inamœna secutus
Transmitti Lethes dira fluentia nigra?
Et tristes sine sole domos, sine lumine lucos
Visere nigranteis & comes ire vias?
Inde etiam tecum Elysios habitare recessus,
Quã per odoratum sibilat aura nemus?
Sic magè constarent fraternæ sedera dextra,
Passibus imparibus nec meus iret Amor.
Vestra mihi Diuæ toties cur defuit iras
Cur trahitis lenta stamina nostra manu?
Immo ego quin ferro tantos finire dolores
Accelero? & mihi do, quod fera Parca ne-

gati

Nã nec longa dies mihi me placauerit, aut quæ
Afflictos animos Bacchica dona leuant.

NAENIA IN MOR.

Sed mihi quid p̄dest renouari vulnera verbis?
 Quidue iuuat gemitu publica damna queri?
 Si tamen interea rigidarum pensa Sororum
 Decurrunt, nullis impedienda modis,
 Aut tibi quid profit me lethū vrgere negatū,
 Si nostra redimi mors tua morte nequit?
 Spero equidē (nec longa mora est) vestigia pone
 Chara sequar, nec nos diuidet vlla dies.
 Vos sancti Manes tacita requiescite in vna
 Interea, & tellus non grauis ossa premat.

ADRIANI MA-
 RII MACLINIENSIS IN
 mortem Ioannis Secundi Ha-
 gienfis fratris charissimi
 desideratis imique
 NAENIA.



Vis luctus, lacrymaeue, aut
 quae lamenta dolori
 Sufficiant nostro? nunc cla-
 ro pectora planctu
 Irrequieta sonent, nunc fe-
 minco singultu
 Urbem orbemque imple-
 re iuuat, si forte leuetur

Immen-

IO. SECVNDI 167

Immensus dolor, & mens debacchata residat.
 O maria! d' terra! d' quod circuit omnia caelum!
 O crudele nefas! d' saui iniuria fati,
 Naturaque vices inuersa! d' plurima Diuum
 Inuidia! d' quondam mea maxima gaudia fra-
 ter,
 Nunc dolor, afflictoq; niger sub pectore luctus!
 Quam malle[m] has lacrymas, hos te charissime
 questus
 Impendisse meis meliori carmine fatis.
 Haecine quae nuper de te sperare iubebas?
 Hinc celer reditus, tua quem mihi litera pa-
 eta est,
 Idibus his ad me Bruxella mania linquens
 Quam dederas? modum ecce noue venere Ca-
 lenda,
 Aduentumque tui subito mihi fama ministri
 Nunciat, ex templo circum praecordia sanguis
 Horruit, & manifesta mali praesagia tanti
 Mens percussa dedit: sic ad praesepia nota
 Turbatus sonipes domino seffore relicto
 Accurrit, casuque domum conturbat acerbo:
 Illum autem in syluis immittit turba latronum
 Infelicem auro spoliatum animaque reliquit,
 Incutitque palus ignoto uortice forpsit,
 Flent vxor, natique, incerta que funera lugent,
 Felices illi pra[m] me, cui certa malorum

NAENIA IN MORT.

Stat ratio, veraxque nimis cui nuncius auribus
 Laetit, & aeterno damnauit lumina fletu.
 Ergo procul dulci patria & natalibus aruis
 Sic germane iaces? & Diui vicus Amandi
 Extremos hausit gemitus morientis, & ora
 Hybleo nuper clausit manantia melle
 Et terra textit, quarta quem viderat ante
 Viuentem validumque die, nec viderat ante,
 Quam fato cum nunc illic urgente venires?
 Quid nunc Hesperiam obstantis fugisse per
 Alpes
 Profuit, & patriam terraque marique petisse?
 Vt nostras intrerque manus, atq; oscula nota,
 Longinqui ferres leuius fastidia morbi,
 Aut melius certe ac patientius expirares?
 Inuidit Fortuna necis solatia, & agro
 Desperatam animam charos vix inter amicos
 Ducenti placidam mortem indignata negauit,
 Vt propè sanatum subito crudelius inter
 Ignotasque manus extingueret, extinctumque
 Externa tegeret tellure, nec optima mater
 Circumfusa sui corpus maestissima nati
 Oscula non iteranda daret, gemitusque supre-
 mos,
 Ore suo legeretque animam morientis ab ore:
 Obtegeretque extrema oculos in morte natatis,
 Ne soror abscessos aut haec aut illa capillos
 Cumq;

IO. SECYNDI. 168

Cumq; thymo molli, cum purpureis hyacinthis,
 Rose maris, violisq; & odore germine myrri,
 Munera summa tuo iniiceret deuota sepulchro.
 Ne fratres maesti, atque horum maestissimus ipse,
 Vltima pallidulis mandata excerpere labris
 Supremumque vale coniunctis dicere dextris
 Possemus, mutam neu desleremus ad vnam
 Compositum, & magna Maneis ter voce vo-
 cantes,
 Doctorum lacrymis circumstillante corona,
 Et nostras singultu interrumpente querelas,
 Iremus praecleara tuae per facta iuuentae:
 Dulcibus ut Musis tenero deuinctus ab aeno,
 Cum bis quintus adhuc paruo decurreret annus,
 Iam tunc imperio cantabas docta magistrum
 Carmina, sic illi tamen haud vulganda per or-
 bem.
 Tunc spes nata tuis ampla certissima frugis.
 Non aliter, quam cum tenera densissima in herba
 Stat seges, & teclam viridi velamine terram
 Eripit ex oculis, lati per rura coloni
 Dona ferunt Diuis, & spe pascentur opima:
 Horreaque extendunt veterae amplissima mœssi:
 Atq; vti nã non horum aliquis sua dona reposcat
 Ingratos Diuos, mista si grandine turbo
 Aut niger albensis contriuerit imber aristas,
 Et late diteis opibus spoliauerit agros:

NAENTA IN MORT.

Relliquias tempestatis rarosque manipulos
Cum lacrymis gens moesta legat, lectosque vacantis

Exiguo latè tecti sub parte reponat.
Sic obruta tui nobis spes maxima frater
Ingenij, sic pauca pia nunc fragmina dextræ
Colligimus, seclis tamè haud spernèda futuris,
Nè me fallit amor, nisi nil presagia Vatum,
Nil fidei sacer ardor habet, tua Iulia viuet
Aeternum, viuent formosa blanda Neerae
Basia, diuersisque alij quos ludis amores,
Dilecti viuent solatia blanda sodales
Siue tuis celebrati elegis, seu litera notos
Quos tua per geminos faciet distincta libellos.
Odae Pyndaricæ viuent imitamina chordæ.
Et salibus conspersa suis epigrammata parua.
Quin sua defuncti per te post funera viuent,
Quæis tumulos pius & tumulis pia verba dedisti,
Quæ legat & sanctos Maneis ventura salutet
Posteritas, similique optet notescere Vate.
Orphea perpetuum Lycidas patrem Orphea
Vatum

Coniuge merentem rapta canet: aurea semper
Aurato celsa in solio Regina sedebit
Sola potens rerù domitræq; PECunia fati.
Aeternum sylueq; tua, & tua fama virebit.

Nulla

IO. SECVNDI. 169

Nulla dies vnquam taleis, plaga nulla labores
Nesciet, artificèsque manus, & cæla Poëtæ,
Iulia queis viuo formosa in marmore spirat,
Et formosa Neera, atque altera tertius ignis,
Et chari fratrum vultus, charique parentis,
Orâq; amicorù varia, & tua maxime Cæsar
Nunquàm sculpta alia meliùs simulatæue dex-
tra.

Quid memorem, argilla solitus quos ducere ab
vda
Viuentis hominù vultus, vultùsque Deorum?
Quæ cuncta aspiciès, & nomina nota Secundi
Posteritas studiosa legens, mirabitur olim,
Phidiacæque manus, sacundique ora Properti
Prima vni facileis Diuos tribuisse iuuenta,
Et tantam prima spem præsecuisse iuuenta,
Claudenti primum nonæ trieteridis annum.
Quid referam merita iuuenilia tempora laurus
Vrbe tua Biturix dextra præcincta verenda
Alciati magni, sanctarum insignia legum?
Quæ nunc quid profunt? quid tot volitasse per
vrbeis?

Quid pietas tibi mitis heri? quo celsa Tolci
Præsule Diis grato fumant altaria thure,
Quem dominù dudù suspirat maxima Roma?
Ille tibi arcanasque notas, arcanæque scriptura
Credidit, atq; tua gausus scribere dextra est

Y

NAENIA IN MORT.

Magnanimos Latij ad proceres, dominacq; potentem

Paulum vrbis dominum: quin & te Caesaris arma

Instructamque sequi insit per carula classem,
Cum Mytilenaeo, Libycas qui infederat oras,
Praedoni nuper bellum exitiumque pararet,
Penorūmq; in auita reponere regna Tyrannū
Expulsum, vltro iret mundi pacator, vt esset,
Victuro praesens qui posset carmine bella
Tantāque magnanimi describere Caesaris orsa.
Deinde vti victorem terrāq; marique secutus
Flauentem ad Tybrim, magnaeque palatia Ro-

me,
Pontifici summo summos orator honores
Nominē grataretis heri, triplicemque coronā.
Obstitit atra lues, & diri iniuria morbi,
E mediāque via vestigia vertere retro
Compulit, & patrias inuitum querere sedes
Hic ille subsistentem, inualidūque potenti
Cedentem morbo: tandem tenuissima venit
Ad nos vmbra tui, sic te charissime rerum
Aspicimus, dixi, lacrymis amplexus obortis,
Laetitiamque inter dubius, mortūque dolorē,
Et dudum ipse meae damnās praesagia mentis.
Hic mihi non frustra, quid enim patriū aëri

hausit

Profuit

15. SECVNDI 170

Profuit excelsisse refecto ē corpore morbum
Reliquiae pulsi subito si finire morbi
Sternere debebant firmatam penē salutem?
Quid precibus nostris fractaēque etate parētis
Concessisse iuuat, patriis ne rursus ab oris
Cedens, morbiferis ambustum solibus orbem
Tauer, eque tui peteres cupidissimus aulam,
Sed patrios intra feneis cum Praesule sancto,
Traiecti cui cessit apex, & maxima templa,
Conditione ageres simili, sed non diuturnā
Nam summos paulō antē dies ad Caesaris aulā
(Qui tunc pacata Tyriae Carthaginis ora
Lustrabat Latias populis gratantibus vrbes)
Accersitum vltro Pernoti litera venit,
(Pernoti, sine quo magnus nil Adarte rogāue
Caesar agit, dudū Hesperia cui notus in ora et,
Ingenio quantum dextra linguāque valeres)
Caesaris vt signata manu quaecunq; Latino
Litera ferretur latum sermone per orbem,
Ingenij illa tui dextrae que opus esset & oris.

Fata retraxerunt iter importuna parantem,
Inque alias egere vias, nemo vnde reuertii
Ingressus potuit semel, insandōque sopore
Hic dulcis oculos, & docta murmura linguae
Damnarunt, doctisq; manus crudelia fata,
O crudelia fata, & vos (si dicere fas est)
Crudeles Diui! qui fatis cuncta licere

Y ij

NAENIA IN MORT.

*Concessimque homini naturæ legibus æuam
Florenti finitis præcidere sæpe iuuenta.*

*Æternum ð mihi frater aue, te plorat adem-
ptum*

*Vnâ omnis turbata cohors studiosa, virique
Artifices, plorat senio confectâque luctu
Mater, & in miserâ partem germana doloris
Terna venit, ternique tibi fidissima quondam
Pectora, postque obitû fidissima pectora, fratres,
E quibus hic, primis tecum qui vixit ab annis,
Et penè æquæuam tam longum tramite vitam
Produxit simili, vitæ nunc parte carebit
Dimidia meliore suæ, dum viuere partem,
Quæ superest inuita, fides pietasque sinetis.*

EPITAPHIVM EIVSDEM
eodem Autore.

Hospes, ne teneri sistas super ossa Poëtæ,
Hic sacer est Musis & tibi Phœbe lo-
cus,

*Servat Ioannis qui corpus inane Secundi,
Quo iuuenis nostro haud doctior orbe fuit,
Mollia seu facili deducere carmina versu,
Sive hominum vultus sculpere, siue Deum.
Testantur monumenta, atque hæc, atque illa,
per orbem*

Plurima,

IO. SECVNDI. 171

Plurima, quæ morti cedere viua negant.

EPIGRAMMA IN IMAGI-
nem eiusdem à Ioanne Scho-
relli doctissimè pictam,

EODEM AVTORE.

Talis Ioannes oculis eram & ore Secun-
dus,
*Festinas quintam claudere olympiadem,
Præuenit cita Mors, at docti dextra Schorelli
Quam dederat vitam, lædere non potuit.*

IN ALIAM EIVSDEM IMA-
ginem ad sepulcrum suspen-
di destinatam,

Aliud eiusdem Epigramma.

Quisquis Ioannis vidisti scripta Secundi,
Aut cælo ductas illius effigies:
*Hic ipsum, qualis viuus fuit, aspice, & ossa,
Et venerare sacrum quod tegit ossa solum.*
Y ij

ODE AD GVI-
LIELMVM CRIPIVM
HAGIENSEM I. C. DE
Ioanne Secundo Iagensi,
conscripta à Francisco
Thorio Bellione.



QVÆ reponant præ-
mia, quid tibi
CRIP I rependat Teu-
tones, Itali,
Celtæ, Britanni: quas Ibe-
ri
Persoliant, Bataui quo

grates

Pro restitutis tam lepidis tui
Scriptis SECUNDI? plaudite candidi
Liberhidum Myste sororum:
Tôtque viros simul & puellas,
Quorum vetustis nomina cum libris
Oblivioni longa dedit dies,
Iam Delio & Musis secundis
Vnius ingenio SECUNDI
Nostro renatos cernite seculo.
Nam quotquot olim Græcia tetricæ
Caltrix Mimeræ, Roma quotquot

Nobilis

ODE.

172

Nobilis aut aluit Poëtas,
Aut vidit argutos, faciles graues,
Doctos, politos, flexanimos, suis
Hos (testor) omnes aut Camænis
Exprimit, aut superat SECUNDVS:
SECUNDVS, vnius quem teneris recens
Natum recepit Terpsichore: cui
Risit Thalia: quémque vidit
Lumine Melpomene benigno:
Quem fonte lustrarunt Charites sacro,
Et rore Pætho nectarco imbuit:
Quem ter quater distuaniata
Alma sinu Cytherea fouit:
Cui blanda Vatis Threiciæ parens
Admouit vber Calliope: cui
Infantulo linguam disertus
Finxit, & ora nepos Atlantis:
Et cui lepores, delicias, iocos
Cupido: mentem Iupiter: Eubyns
Sacrum furorem: Pallas artes:
Plectra dedit citharæque Phœbus.
Euge Haga tanto diues, & incluta, &
Felix alumno: euge ô ter, & amplius
Nœra felix, euge tanto
Iulia nobilitata Vate.

FINIS.

